# BABRII

# FABULAE ET FABULARUM FRAGMENTA.

ACCEDUNT

METRICAE FABULARUM AESOPIARUM

RELIQUIAE.

---

COLLEGIT ET ILLUSTRAVIT

*IOACHIMUS HENRICUS KNOCHIUS,*

PH. DR.

---

HALIS A. MDCCCXXXV.

SUMPTIBUS SCHULZII ET REINII.

GODOFR. BERNHARDYO

PRAECEPTORI CARISSIMO

HOC OPUSCULUM

P I A M E N T E

CONSECRAVIT

A U C T O R.

# PROOEMIUM.

Multum dubitanti, quamnam ex tanta locorum quaestionumque varietate ad scribendum mihi sumerem materiem, cum eo potissimum essem solicitus, ut ne iudicibus aequis viderer perverso doctrinae iudicio in latebras aut huic aetatulae iniquas aut parum aptas usibus litterarum delatus: Godofredus Bernhardyus ea qua solet animi comitate et liberalitate succurrit atque consuluit. Is enim ut fabulas Aesopias in collectionem, quae copias multos per libros adhuc sparsas fusasque congregaret, redigerem ita mihi suasit, ut isto labore rite absoluto periti studiorum spectatores, quid de fabularum sub Aesopi nomine circumferri solitarum congerie esset statuendum, quoque id litterarum genus valeret, uno quasi oculorum obtutu perspicere possent. Verumtamen simulatque assidua lectione miserrimam harum reliquiarum condicionem intellexi, Horatiani illius memor:

*Sumite materiem vestris qui scribitis aequam*
*viribus, et versate diu, quid ferre recusent,*
*quid valeant humeri —,*

conatus meos intra fines artiores subsistere iussi. Quem enim repetita lectione dictionis Graecae, quae per saecula increbruit citeriora, usum mihi videbar contraxisse, is leviori studiorum periculo sufficere potuit, non iusto proposito suisque numeris absoluto, quod aetati firmiori par fuit reservari. Itaque ne frustra hunc campum pervagatus esse crederer, angulum quendam modicum, qui raram doctorum operam esset expertus, mihi colendum duxi. Eum igitur ex universa materie locum elegi ad

pertractandum, ex quo, si quid video, tanquam fonte haec de Aesopiis fabulis quaestio scaturigines duxerit, quique dilucide explicatus, quanti sint pretii quae nunc in manibus sunt collectiones, egregie demonstret.

Babrii enim, qui fabulas choliambis condidit, memoriam et instaurare et uberrima fragmentorum collectione firmare nobis curae fuit, cuius ingenii monumenta post Thomae Tyrwhitti tempora, si recesserimus ab inauspicata viri cuiusdam opera, nullos invenerunt editores, nisi si qui subitaria commentatione poetam tentarunt. Nos vero, cum intra hos proximos annos litterae Babrianae laeta quaedam et insperata cepissent incrementa, alacriter ad negotium aggressi sumus, quo votis inde a Neveleti temporibus saepius repetitis pro modulo nostrarum virium satisfaceremus. Quod autem gravissimi est momenti, ab versibus Babrii maximam fabularum Graecarum partem, quas nunc versamus, profectam esse, nunc quidem non tam demonstrasse, quam digito tetigisse libet, cum his explicandis in annotationibus quam in prooemio aptior locus sit concessus. Illuc igitur ut redeamus: nos iam potissimum id agimus, ut, qui huic auctori operam impenderint, breviter afferamus.

Horum igitur agmen ducit Is. Nic. Neveletus, [1]) cuius studium in eo substitit, ut, quae apud Suidam extant fragmenta, eorum exiguam partem in Praef. Mythol. p. 5. edit. A. MDCLX. excitaret. Hunc qui excepit Ricardus Bentleius [2]) paucis quidem de Babrio disseruit: verumtamen eius disputatio ita est comparata, ut omnia iudicium exactissimum ac sagacitatem admirabilem prodant. Quo maior laus tribuenda Thomae Tyrwhitto, [3]) qui in Dissertatione de Babrio conscripta

1) De Neveleti editione cf. Io. Alb. Fabricius de Aesopo c. X. in Bibl. Gr. Tom. I. p. 637. ed. Harl. — 2) Cf. Dissert. de fabulis Aesopi c. VII. p. CXLIV. apud Fur. — 3) Dissert. de Babrio fabularum Aesopearum scriptore. Inseruntur fabulae quaedam Aesopeae nunquam hactenus editae ex Cod. MSto Bodleiano. Accedunt Babrii fragmenta. Londini 1776. 8. Huic dissertationis in Orphei de Lapidibus editione Auctarium addidit. Quos li-

tam diligenter etiam post Bentleium hunc locum illustravit atque patefecit, ut quod adderemus nihil foret nobis relictum, nisi inexpectato quodam fortunae beneficio post Tyrwhitti tempora lutulentam fabularum accessionem nacti essemus, quae haud vanam nobis spem moveret, locum a praeclaris ingeniis inchoatum atque stabilitum ad perfectionem celeriter adduci posse. Nam Franciscus de Furia [1]) ita fuit ignavus in restituendis Babrii fabulis, ut cum hoc litterarum genus plurimum iuvare posset, eum omnino pleraque effugerent. Etenim fabulatoris apologos, aperte choliambico metro astrictos, orationis pedestrem servare passus est incessum. Huius autem opes dispensare coeperunt, qui Babrio suas fabulas eodem fere tempore vindicarunt Adamant. Coraes [2]) et tum temporis iuvenis Car. Ern. Chr. Schneiderus, [3]) quamquam illi non pari dexteritate et successu rem administrarunt. Nam Coraes, vir laudatissimus, quamvis haud raro coniecturis felicissimis scriptorem castigarit, metri tamen parum gnarus saepissime in fabulis refingendis ab vero aberravit. In numerorum quidem rationibus etsi cautissimum Schneiderus se praebuerit, subinde tamen minus absoluta ipsi excidisse annotationes nostrae docebunt. Reprehensioni vero quam laudi propior est Io. Gottl. Schneiderus Saxo, [4]) qui in Babrii apologis edendis adeo se metricarum legum expertem praestitit, ut in eius libro praeter Niebuhrii et Buttman-

bellos in Germania typis recudendos curavit Th. Christ. Harlesius Erlangae 1785. 8. Repetiti sunt intem in editione Furiae p. CLXI. —CCIII.

1) Fabulae Aesopicae quales ante Planudem ferebantur ex vetusto Cod. Abbatiae Florent. — cura et studio Francisci de Furia, Lipsiae MDCCCX. — 2) *ΜΥΘΩΝ ΑΙΣΩΠΕΙΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ — ΕΝ ΠΑΡΙΣΙΟΙΣ. ΑΩΙ.* sive Parerg. Biblioth. Graec. Tom. II. — 3) Fabulae Aesopicae a Franc. de Furia — collectae. In usum scholarum notas criticas et indicem Graecitatis adiecit Car. Ernest. Chr. Schneiderus. Lipsiae 1810. — 4) Fab. Aesop. e Codice Augustano nunc primum editae cum fabulis Babrii choliambicis — recensuit et emendavit Io. Gottl. Schneider Saxo. Vratislaviae 1812. —

ni annotationes quasdam et coniecturas vix probi quicquam a me inventum esse confitear. Sed longe importunissimas Babrio manus admovit Franc. Xav. Bergerus, [1]) cuius de editione tacendum mihi potius quam acerbius disserendum existimavi. Hic enim vir non solum metrorum scientia plane fuit destitutus, verum omnis etiam in Graeca lingua eruditionis ita expertem se esse ostendit, ut Censori [2]) adeo, licet haud multum ipso doctiori, satis largam insignis asperaeque reprehensionis copiam praebuerit. Quosdam Babrio versus ab Anglo nescio quo in Museo Cantabrigiensi restitutos esse Gaisfordi in Suidam annotationes et Bergerianae editionis Censor docuerunt: neque enim aut hic liber praesto fuit aut Ephemerides Vindobonenses, in quibus item de Babrio expositum esse intellexi. Tandem, ne quem omittam, perpaucos Babrii choliambos Aug. Matthiae [3]) nostris temporibns emendare conatus est.

Hactenus de Babrii editoribus; de ipso poeta pauca addere in animo est, antequam ad accuratiorem de eius nomine et tempore expositionem progrediamur. Scriptoris boni si primariam ducimus virtutem, ut operi, cui se parem credidit, sufficiat, equidem huius laudis plenum cumulum in Nostrum conferendum arbitror: adeo in hac parte omnibus in eodem genere aemulis est praeferendus. Etenim nec Phaedrus, qui senario illigavit fabellas Aesopias, nec Fl. Avianus, qui elegorum vinculis astrinxit apologos, sive electarum fabularum acumine sive dictionis proprietate sive metri calliditate Nostrum assecuti sunt. Quod de electionis acumine proposui iudicium facile vel primo obtutu lectores docti perspiciunt. Verum fortasse iusto cautius electionis acumen memoravi, cum inventionis acumen laudare possem. Paucis tamen contentus, quae probari possunt, inexplicabilem de fontibus ex quibus Ba-

1) Babrii fabularum choliambicarum libri tres — collegit Franc. Xav. Berger. Monachii MDCCCXVI. — 2) Jen. A. L. Z. 1816, n. 172. sqq. — 3) Vermischte Schriften p. 100. sqq.

brius hauserit disputationem, Demetrii Phalerei libro nos deficiente, hoc tempore subire nolo. Ceterum ut ne disputandum esset de Phaedri fabularum indole, otium nobis fecerunt, quae ab viris doctis exposita sunt. [1]) Nam etsi fabulatori quid concessum sit, quid denegatum, aequo iudicio in hac quaestione libeat expendere: saepenumero tamen, quoties sine duce processit, Romanum lapsum esse deprehendimus. Fl. tamen Avianus [2]) ipse se nihil invenisse, sed inventa metris tantum illigasse, memoriae prodidit.

Quod secundo posuimus loco, Babrium dictionis proprietate inter reliquos eiusdem operis auctores excelluisse, ipsis eius reliquiis probatur, idque, si totam eius collectionem aetas tulisset, magis elucesceret. Nam et nitor quidam in eius dictione inest et laevitas verborum, et compositio probabilis ubivis perspicua; accedit singularis etiam virtus, purum et aequabile sermonis flumen, quo praeter omnem verborum fucum apologos enarravit. Tenuitatem porro beatissimam, qua nihil aptius huic eloquendi generi, apud hunc unum perfectam inveneris, quae cum sit immunis ab exilitatis culpa iucundissimo quoque candore commendatur. Nunquam enim (in quo summa poetae laus cernitur) eo peccavit, ut certa metrorum necessitate abreptus, a recta via ad eloquendi deverticula confugeret. Quas quidem nativas dictionis veneres nec Phaedrus exegit, neque Avianus, cuius opus ceteroqui non spreverim, exequi potuit. Dictionem enim Phaedri quis est tam indoctus ut ad Babrii elegantiam et aptam concinnitatem aequiparet? Aviano [3]) vero de se ipso praedicanti: (fabellas) r u d i  L a t i n i t a t e  c o m p o s t a s  e l e g i s  s u m  e x p l i c a r e  c o n a t u s, equidem non refragor.

Novissimo denique loco iudicium Babrii laudandum est, qui prudenter metrum suum elegerit. Etenim in apo-

---

1) Praeter alios vide: Iacobs ästhetische Bemerkungen über die Fabeln des Phaedrus apud Schwab, Vol. I. p. 241. sqq. — 2) „De his (fabulis Aesopiis) ergo ad quadraginta et duas in unum redactas fabulas edidi." Praef. p. 9. sqq. Canneg. — 3) Praef. p. 10. Canneg. —

logis tractandis versu usus est trimetro claudo, qui et choliambus et scazon et Hipponactius dictus est claudus: quo nullus versus interiore cognatione cum fabularum numero sonoque continetur. [1]) Nam illa sub versus finem quasi fractura et elumbis exultatio, cum versus initium serii nescio quid promittere videatur, gratum quiddam habet et periucundum, ita ut attentio ab exordio suspensa callido artificio eludatur. Atque hoc etiam nomine quantum inferiores sint fabulae Romanorum iambicae et Anonymorum dactylicae vel elegis compositae, quarum fragmenta Suidas servavit, facile perspicitur.

Sed haec de virtutibus Babrianae poesis universe.

---

1) Pauca de scazontis indole disputarunt Herder. Oper. Tom. XX. p. 65. nov. ed. ubi pro choriambus oportet choliambus legatur, et Welcker. in Hippon. p. 19. sqq.

# CAPUT I.

## *De nomine Babrii iudicium. Narratio Suidae de Babrio illustratur.*

Hic igitur apologorum auctor [1]) Babrius an Babrias sit nominandus, a doctis viris multum est dubitatum, neque eam quaestionem ne nostris quidem temporibus ad finem esse perductam libri demonstrant, in quibus variis opportunitatibus [2]) poetae mentio fit. Quae quidem in nomine scribendo discrepantia eo minus mirabilis accidit, quod iam is qui post Avianum primus mythographum nomine commemoravit, incertus Babriam inter et Babrium haesitavit; nam auctor articuli *Βαβρίας ἢ Βάβριος* apud Suidam, cuius in lexico nomen poetae nostri saepissime invenitur, haec tradidit:

1) De rebus Babrii disseruerunt. Io. Alb. Fabricius Bibl. Gr. Tom. I. p. 628. ed. Harles. Ricard. Bentleius dissert. de fab. Aesopi c. V—VIII. Adamant. Coraes Praef. *Συναγωγ. μύθ. Αἰσωπ.* p. ιη′ — κ′. Pauca dedit Prooemio edit. suae Schneiderus Saxo. Non magni sunt pretii, quae Bergerus in Praef. p. IX. sq. exposuit. Laudabilis autem est Fr. Iacobsii doctrina in Erschii et Gruberi Encyclopaedia.

2) Babrias dicitur Lobeckio Parerg. in Phryn. p. 499. et Passovio lex. Graec. s. v. *φρῦνος.* Ante quos eadem nominis forma usi sunt Georg. Matth. Koenigius in Biblioth. vet. et nov. p. 17. Altorf. 1678. Neveletus in Praef. p. 5. in annott. pp. 624. 631. 642. 652. Brunckius in Anall. Tom. III. p. 311. Bandinius in Catalogo Codd. MSStorum Biblioth. Mediceae Laurentianae Tom. I. pp. 29. 253. (nam formam Babrias Bandinio tribuo, in Codice certe extat *Βαβρίου*, ut in eiusmodi collectionibus auctores laudari soliti sunt.) Harlesius in Fabr. Bibl. Tom. I. p. 634. Nam quod apud Coraen p. 274. annott. 3. *Βαβρίας* invenitur, negligentia magis quam consilio factum arbitror. Contra Babrius tum ab omnibus editoribus est nominatus, tum ab nonnullis, qui subinde eius mentionem iniecerunt: Ioanni ab Aretino Beyträge z. Gesch. u. Litt. Tom. IX. pp. 1243. 1246. Welckero in Hippon. fragm. p. 20. Blomfieldo in Aesch. Agam. 1113. Hermanno in Elem. Doct. Metr. p. 145. Bernhardyo in Synt. Graec. pp. 166. 254. in Grundr. d. Roem. Litt. p. 252. annott. 479. Gaisfordo in Suidam.

*Βαβρίας ἢ Βάβριος· μύθους ἤτοι μυθιάμβους εἰσὶ γὰρ διὰ χωλιάμβων ἐν βιβλίοις ι. Οὗτος ἐκ τῶν Αἰσωπείων μύθων μετέβαλεν ἀπὸ τῆς αὐτῶν λογοποιίας εἰς ἔμμετρα, ἤγουν τοὺς χωλιάμβους.*

Eadem ferme apud eundem Suidam recurrunt s. v. *Χορίαμβος*. Quem tamen in locum narratio Suidae superior a lectore male sedulo, quem fugit tam metri quam rerum notitia, translata est, id quod Codex Oxoniensis comprobat, qui additamentum istud posteriore loco non agnoscat. Iam ad singula praevertimur.

*Βαβρίας ἢ Βάβριος.* Huius generis *διττογραφίαι* in nominibus scribendis cum apud alios tum apud Suidam saepius inveniuntur [1]). Nam ut exemplis Suidae quibusdam utar: *Ἀπολλώνιος· Ἀρχεβούλου ἢ Ἀρχεβίου*, quarum neutra forma probatur; Villoisonus enim Prolegg. in Apoll. lex. Hom. p. II. sqq. *Ἀρχιβίου* scribendum docet, non refragante eodem Suida s. v. *Ἀπίων· μαθητὴς Ἀπολλωνίου τοῦ Ἀρχιβίου*: cui loco adde quae extant s. v. *Μετά· ὁ τοῦ Ἀρχιβίου Ἀπολλώνιος πέντε δηλοῦν φησιν.* Eadem ratione codices s. v. *Ἀνασχοῦσα* fluctuant *Μάγνης* inter et *Μάγνος*, quorum hoc novissimus Suidae editor recepit, auctoribus Parisino A. Oxoniensi et Zonara p. 205. Mox Suidas *Φιλίσκος ἢ Φίλιστος* exhibet, qui ubi de historici illius scriptis exponit, unice scripturam *Φίλιστος* consignavit. Similis extat nominum coniunctio s. v. *Σίταλκος· ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς καὶ Σιτάλκης*; sed pro novissima voce Codex Leidensis, cuius collationem ab Iacobo Gronovio confectam apud Bernhardyum inspicere mihi licuit, praebet *Σιτάλκη· ὄνομα πόλεως*, post vocem *Σιτηρέσιον* interpositis *Σίταλκος· ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεύς.*

Haec in nominibus propriis afferendis discrepantia triplicem ad originem est revocanda; primum enim huiusmodi vitia profecta videmus a sola librariorum incuria, deinde ab variis linguae Graecae dialectis, postremo multum valuit posteriorum aetatum consuetudo, cui hanc

1) Huc eorum nonnulla quae Lobeckius Aglaoph. Tom. II. p. 996. disseruit possunt transferri.

ipsam dubitationem de Babrii nomine acceptam referimus. Cum enim flos sermonis Graeci inclinasset, formae nominum propriorum coeptae sunt transformari, velut quod nomina quaedam tam in ος quam in ας terminabantur. Documento sit Ananii nomen. Tzetzes quem Ananium debuit dicere, Ananiam nominavit: vide Schol. in Lycoph. p. 254. Muell. Ἀριπρεπεῖς δὲ ἰαμβογράφοι τρεῖς· Ἀνανίας, Ἀρχίλοχος, Ἱππῶναξ. Item Schol. in Aristoph. Ran. 673. ἐπιφέρει δὲ ὁ Ἀνανίας αὐτῷ. Constanter autem Athenaeus Ἀνάνιος, vid. III, p. 78. F. καὶ Ἀνάνιος δ᾽ ὁ ἰαμβοποιὸς ἔφη. Accedit locupletissimus testis Epicharmus in Ἥβας γάμῳ apud eundem VII, p. 282. B. (coll. VII, p. 328. A.)

*Καὶ σκιφίας χρόμιός θ᾽, ὃς ἐν τῷ ἦρι κατ' τὸν Ἀνάνιον*
*Ἰχθύων πάντων ἄριστος, ἀνθίας δὲ χείματι.*

Accedit Athen. IX, p. 370. B. Ceterum Scholiastae in Aristoph. errorem in transcursu reprehendendum censeo, qui Ananium cum Hipponacte permutatum a Comico tradat: ὡς ἀλγήσας καὶ συγκεχυμένος οὐκ οἶδε τί λέγει· ἐπεὶ οὐχ Ἱππώνακτος, ἀλλ᾽ Ἀνανίου. Quae nugae interpretibus nonnullis imposuerunt: in Aristophanem quidem quod in posteriores cadere non arbitror; nam sequente aevo horum iambographorum fragmenta vix discriminari, potuisse ex Athenaeo intelligitur XIV, p. 625. C. οὗτός ἐστι Πύθερμος, οὗ μνημονεύει Ἀνάνιος ἢ Ἱππῶναξ ἐν τοῖς ἰάμβοις οὕτως. Adde quem supra ex Athenaeo laudavi locum III, 78. F. coll. Stobaeo T. 97, 12. Itaque somniorum in loco sunt ponenda quae Genellius disputavit [1]). Videat tamen Welckerus in Hippon. p. 109. quo iure ex Hephaestionis loco p. 30. Gaisf. ἄλλοι δὲ Ἀνανίου εὕρημά φασιν εἶναι formam Ἀνάνιος eruerit.

Quod igitur apud Suidam extat Βαβρίας, id hac ipsa

---

1) Das Theat. z. Athen. p. 291. „Ein Scholiast schreibt denselben (Aristophanis versum) einem Tragiker Ananias zu, der Skeniker selbst dem Hipponax;" et annot. 42. „Gehörte aber jener Vers wirklich dem Ananias, so dürfte man beim Komiker noch die Nebenabsicht vermuthen, einen von beiden des Plagiats zu beschuldigen."

commoti observatione ad lectorem aevi citerioris referendum arbitramur. Accedit altera paulo firmior demonstratio. Quoties enim Suidas in memoriam poetae nostri redit, edito scriptoris nomine; *Βάβριος* non *Βαβρίας* nominatur. Locos hos subieci: *Ἀμᾶν*, *Ἄνωθεν*, *Ἆσθμα*, *Ἀχαιίνη*, *Γέρανος*, *Δάπτω*, *Ἑκάστοτε*, *Ἔκθορεν*, *Ἑταιρεία* (de quo loco infra exponemus), *Εὐλαί*, *Ἠίων*, *Ἥρα*, *Καμειραία ἰσχάς*, *Κνηκίας*, *Κωλώτης*, *Κωμῆται*, *Κωτίλλω*, *Κρίμνον*, *Νεβρείην καρδίαν*, *Νεβρός*, *Νέμεσις*, *Ὀνεία*, *Παλαμναῖος*, *Πανθοίνην*, *Πέταυρα*, *Πίθηκος*, *Πρίων*, *Πυῤῥίχαις*, *Σωράκους*, *Σπῆλυγξ*, *Στελεόν*, *Ταναγραῖοι ἀλεκτορίσκοι*, *Τιττυβίζετε*, *Τριγχός*, *Φωλάδι*, *Φριξότριχα*.

Eadem vero nominis forma utitur Etymolog. M. p. 625, 53. s. v. *Ὄμφαξ· τὸ ὀξεινόν. Βάβριος·*

*Ὄμφαξ ὁ μὴ πέπειρος βότρυς, ὡς ᾤμην.*

Fragmentum, ut id in transcursu moneam, ex notissima de vulpe et uvis fabula est desumptum, cuius tres versus, quamquam silet auctoris nomen, Suidas servavit hosce s. v. *Αἰώρα·*

*Ὡς δ' οὐκ ἀφικνεῖτ', ἀλλ' ἔκαμνε πηδῶσα,*
*οὐδὲν κρεμαστῆς σχοῦσα πλεῖον αἰώρας,*
*παρῆλθεν οὕτω βουκολοῦσα τὴν λύπην.*

Horum versuum immemor fuit Sylburgius, qui fragmentum ab Etymologico servatum cum Gabriae tetrastichis contulit:

*Κερδὼ βότρυν βλέπουσα μακρᾶς ἀμπέλου,*
*πρὸς ὕψος ἦρτο, καὶ καμοῦσα πολλάκις*
*ἑλεῖν ἀπεῖπε. πρὸς δ' ἑαυτὴν ταῦτ' ἔφη·*
*μὴ κάμνε· ῥᾶγες ὀμφακίζουσιν μάλα.*

Praeterea apud eundem lexicographum id nomen extat p. 662, 27. s. v. *Πεπρωμένον. — Βάβριος.*

*Ἅ σοι πέπρωται, ταῦτα τλῆθι γενναίως,*
*καὶ μὴ σοφίζου· τὸ χρεὼν γὰρ οὐ φεύξῃ.*

Quorum in novissimo versu *τὸ χρεὼν* pro *τῶν χρεῶν* cum Sylburgio dedimus. Pertinet autem fragmentum ad fab. CLXXXVII. Fur. cuius duos choliambos item Suidas excitavit s. v. *Βουκολήσας·*

"Ὅπως ἔχῃ τι βουκόλημα τῆς λύπης
ἐνέθηκε τοίχοις ποικίλας γραφὰς ζώων.

Verum denique fabulatoris nomen latet in perversa apud Zonaram scriptura s. v. Ἠία, ubi MSSti excepto Codice K. qui glossae maximam partem omisit, Βάμβριος exhibent. [1])

His igitur lexicographorum auctoritatibus confisi Babrius nomen poetae nostro vindicavimus, nec quicquam Tzetzis tribuimus, qui eodem errore quo ex Ἀνάνιος factum Ἀνανίας, Babriam dederunt pro Babrio. Quod si minus perspicitur e Chiliad. XIII, 493.

Τοῖς μύθοις τοῖς Αἰσώπου τε καὶ στίχοις τοῦ Βαβρίου,
λέων καθεύδων πλάττεται —

et XIII, 263.

Ἄκουσον καὶ Βαβρίου δὲ τινῶν χωλῶν ἰάμβων:

et Georgidae Gnomologio apud Boisson. Anecd. Vol. I, pp. 9. 17. 31. 43. 48. 58. 67. 90. (quibus in locis omnino Βαβρίου extat): certe id elucescit e Chiliad. XIII, 257.

Οἱ παλαιοὶ ἀγύρται γάρ, ὥςπερ Βαβρίας γράφει.

Nam quod in margine Codicis Monacensis Γαβρίας extat, hanc scripturae discrepantiam ab horum auctorum confusione vulgari profectam esse certissimum est. Alter eiusdem Tzetzae locus est in Chiliad. VIII, 514. sqq.

Ταῦτα μὲν οὕτως ἔχουσιν. ὁ κολοιὸς δ' ὑπάρχει
καθ' Ὅμηρον καὶ Ἄρατον, Βαβρίαν καὶ τοὺς ἄλλους,
ἡ μικροτέρα κορωνὶς ἡ παρ' ὀπαῖς ὀρόφων.

In eodem MS. per notissimum errorem iterum Γαβρίας pro Babrio irrepsit; quod cum eadem qua supra iniuria factum sit, Cannegieteri suspicionem, qui hoc loco Gabriae fieri mentionem putat, praetermittimus [2]). Diversa est enim Gabrianae fabulae species, vid. Cor. p. 118.

---

1) „Dabrius (scribae errore) in Cod. Reg. Paris. dicitur in collectione quadam s. Melissa ex variis auctoribus in Philippi Labbei Nova bibliotheca supp. VII. p. 279. nr. 633." Harles. in Fabric. Biblioth. Tom. I. p. 632. — 2) Annott. in Avian. Praef. p. 8.: Ceterum et omnia fere incerta feruntur de his fabulatoribus, quibus et Gabriam adiungunt, cuius et Tzetzes meminit VIII, 515.

Verum etiam alia nobis adminicula suppetunt, quibus veram nominis formam comprobemus. Poetae enim nostri meminit Avianus in Praef. p. 5. sqq. Canneg.: Huius ergo materiae ducem nobis Aesopum noveris, qui responso Delphici Apollinis monitus ridicula orsus est, ut legenda firmaret. Verum has pro exemplo fabulas et Socrates divinis operibus indidit et poemati suo Flaccus aptavit; quod in se, sub iocorum communium specie, vitae argumenta contineant: quas Graecis iambis Babrius repetens in duo volumina coartavit. Ubi quod Cannegieterus edidit, Babrius, non Babrias Neveleto eiusque sequacibus probatum, recte is scripturam codicum restituit omnium: nisi quod liber qui Benedictinorum fuit et Mediceus Brachius nostris aptius quam adversariorum partibus habent.

Recentiorum idem qui inter veteres obtinuit in nomine scribendo fuit dissensus. Sed maior cum doctorum virorum sit numerus, qui Babrium nominarint, eos commemorare libet, qui in nominis causas inquisierint. Quorum potissimum Herderi [1]) sententia est conspicua, qui Babrii vocem ab usu Graecorum abiudicavit. Hoc quidem loco nos habet assentientes, qui post intentissimas curas nulla eius apud Graecos vestigia reppererimus. Verum fugit Herderum, qui nominis istius rationem paene inauditam duxit, inter Romanos id certe increbruisse, quorum sunt C. Babrius Rufus [2]), Babria Prima [2])

---

1) Opp. Tom. XX. p. 65. ann.: Ich glaube übrigens nicht, dafs dieser schöne Versificator Babrius geheifsen habe, welches kein griechischer Name ist. Ceterum animi causa subiicimus notationem Bergerianam: „Derivatur porro haec vox a Βάβρης, quod Hesychio teste idem est ac Ἄρης" Praef. p. XII. — 2) Cannegietero auctore (cf. Annott. in Aviani Praef. p. 8.) has allegamus inscriptiones e Gruteri Corp. p. DCLXXII. n. 9.

C. BABRI. RUFI
VIX. ANN.
X X
BABRIA. PRIMA
B. M. F.

P. Babrius. [1]) Ille igitur Babrio reiecto Valerium [2]) hunc poetam nominatum fuisse suspicatus est, cui suspi-

---

In altera quam ex eodem Gruteri libro descripsit inscriptione Cannegieterus sive est deceptus sive Scaligeri emendationem secutus. Haec enim est inscriptio apud Gruter. p. CLXVII. n. 8.

POST. MIMESIUS. C. F. T. MIMESIUS. SERT. F. NER. CAPIDAS. C. F. RUF. NER. BARBIUS. C. F. C. CAPIDAS. T. F. C. N. V. VOLSIENUS. T. F. MARONES. MURUM. AB. FORNICE. AD. CIRCUM. ET. FORNICEM. CISTERNAMQUE. D. S. S. FACIUNDUM. COIRAVERE.

Quod igitur apud Cannegieterum legitur BABRIUS sola Scaligeri nititur coniectura in Ind. nom., ubi Ner. Babrius C. F. extat, cf. Grut. p. CCCXXII. in Variorum Corrigend. et Addend.

1) Nomen nvenitur apud Fabrettum Inscript. c. 9. n. 298.

SER. SUET. SCR. L. BAL
P. BABRIUS. L. L.
M. SEXTI. N. M. L.
N. SEXTI. N. M. L.
L. HORDIONI. L. L. LAB
C. LUCRETIUS. C. L. APUL
A. GARGONIUS. Q. L.
HEISCE MAGISTREIS CERERUS MURM
ET PLUTEUM LONG. P. LXXX. ALT. P. XXI
FACIUND. COIRAVERE EIDEMQUE LOID. FEC.
C. ATILIO. Q. SERVILIO. COS.

Inque eodem lapide:

. . BABRIUS. L. L.
P. SERVILIUS. M. L.
CN. OCTAVI. N. VES.
M. OCRATI. M. PIST
P. STATIUS. P. M. L
M. MAI. M. L. NIC.

2) Herderus l. l. „Wahrscheinlich ist sein Name Valerius gewesen, und die Fabeln haben Βαλερίου λόγοι oder μῦθοι geheiſsen. In einem Manuscript das Tyrwhitt anführt (p. 68. edit. Harles.) steht auch dieser Name, und es ist Schade, daſs man eben daselbst den wahrscheinlich lateinischen Vornamen dieses Valerius zu enträthseln nicht für werth geachtet hat. Gewiſs brächte uns diese Spur um einen groſsen Schritt näher, wer dieser sein sollende Babrius gewesen?“

cioni firmandae hanc Codicis Harleiani significationem attulit:

— — * * * * * Βαβρίου

Βαλερίου χωριαμβικοὶ στίχοι ἐκ τῶν Αἰσώπου μύθων. [1]
Coniecturae tamen non tantum tribuimus, ut Suidae, Etymologici Magni, Zonarae, Aviani auctoritates postponamus. Miramur vero Herderum praetervidisse quod in oculos incurrit, nomen lacuna haustum ad Βαβρίου, non ad Βαλερίου referendum fuisse. Herdero sane cautius se expediit Tyrwhittus, qui Βαβρίου nihil nisi alterius nominis quod subiicitur emendationem esse dubitanter coniectavit. [2]) Horum igitur, ut libere confitear, nihil mihi satisfecit, nec magis animum explevit suspicio, in quam Bergerus [3]) hoc ipso commotus loco incidit, cum Nostro Caii sive Lucii Babrii Valerii nomen integrum assereret. Superest ut in voce Βάβριος subsistam, quam poetae satis vindicasse mihi videor.

Progredimur ad eum Suidae locum, quo Babrii poemata traduntur. Is igitur Suida teste μύθους ἤτοι μυθιάμβους scripsit, sive (ut apud Suidam est v. Χορίαμβος) μύθους ἤτοι μυθικά. Et Μυθικὰ quidem Babrii fabularum collectio appellatur apud Suidam his glossis: v. Εὖλαι· ὥς φησι Βάβριος ἐν Μυθικοῖς. v. Καρχαρόδους· ἐν Μυθικοῖς. v. Κνηκίας· Βάβριος ἐν τοῖς Μυθι-

1) Cf. Tyrwh. p. CCII. — 2) Tyrwh. p. CCIII. „In MSto nomini Βαβρίου, quod in prima linea clare legitur, vocula, ut videtur, Latina, sed characteribus ex festinatione scribentis tam perverse formatis, ut de vera eorum potestate aliquid certi statuere difficillimum sit, nisi forte plura eiusdem manus scripta inspiciendi facultas detur. — Coniicere licet nomen illud Βαβρίου esse emendationem alterius, quod infra scribitur, Βαλερίου." — 3) Bergerus Praef. p. XII. „Βαλερίου nomen, quod Herdero placet, extat quidem in Cod. Harleiano, cui fabulam de spe in fundo cadi relicta, debemus; in superiori tamen linea Βαβρίου legitur, voxque illa praecedens, quam Musgravius enodare nequibat latinamque censebat, verisimillime signum emendationis γραπτέον aut γράφε characteribus paulo intricatioribus erat, nisi velis fortasse Caium aut Lucium Babrium Valerium exsculpere, quem tamen Iulianus Imperator, Avianus, Suidas reliquique veterum penitus ignorant."

κοῖς. v. Νέμεσις· Βάβριός φησιν ἐν τοῖς Μυθικοῖς. Inde Babrius ipse dictus est μυθογράφος apud Suidam s. v. Στελεόν· Βάβριός φησιν ὁ μυθογράφος. Tot igitur Suidae loci satis arguunt, quid de Herderi sententia, opus illud inscriptum fuisse Βαλερίου λόγοι sive μῦθοι, statuendum sit. Nusquam certe Babrii λόγοι excitantur. Deinde quod auctor superioris articuli Βαβρίας ἢ Βάβριος poetae apologos μυθιάμβους nominavit, praeter hunc locum semel tantum repperi. Est is Tzetzae Chiliad. XIII, 257. sq.

*Οἱ παλαιοὶ ἀγύρται γάρ, ὥςπερ Βαβρίας γράφει*
*ἐν μυθιάμβοις τοῖς χωλοῖς, οὐ τοῖς ἰάμβοις λέγω.*

Ad eandem rationem μιμίαμβος vocabulum compositum est, cuius generis inter Romanos Cn. Matius auctor extitit, qui choliambico metro usus est. Testis Terentianus Maurus v. 2416. sqq.

*Hoc mimiambos Matius dedit metro;*
*nam vatem eundem est, Attico thymo tinctum,*
*pari lepore consecutus et metro.*

Quorum in primo versu neque Venetae, Phoenicis, Micylli scriptura mimiiambos neque Aldi mimiambus ferri potest. Eodem in versu Brissaei coniecturam Gaisfordo in Hephaest. p. 257. probatam, metro pro metron, quod Santenius cum Veneta et Aldo dedit, in verborum recepi contextum. Quod si quis dubitet hoc Terentiani loco quo mimiambi pertineant, nihil illi nisi mimi iambico metro conscripti fuisse videntur. Iambici enim metri finibus saepissime choliambos comprehendi infra exponemus. Quod tamen Meinekius [1]) Gellium [2])

---

1) Meineke: Kerkidas, der Dichter und Gesetzgeber von Megalopolis in Abhandlungen der königlichen Akademie der Wissenschaften zu Berlin A. 1832. p. 94. „Denn welche Gattung von Versen oder Gedichten bezeichnete man mit dem Namen μιμίαμβοι? Auf keine Weise in Iamben geschriebene Mimen, wie mehrentheils irriger Weise angenommen wird, sondern vielmehr Choliamben oder in Choliamben geschriebene Gedichte.“ — 2) Gell. XX, 9: Delectari mulcerique aures suas dicebat Antonius Iulianus figmentis verborum novis Cn. Matii, hominis eruditi; qualia haec quoque essent, quae scripta ab eo in mimiambis memorabat.

et Plinium [1]) laudavit probaturos, non mimos iambico metro conscriptos fuisse, sed universe choliambos sive carmina choliambico metro astricta, Gaisfordo quidem praeeunte [2]), sententiam illorum locorum admodum ambiguam esse arbitror.

Altera est quaestio, mimiamborumne scriptor Cercidas sit habendus necne. Extat quidem huius poetae fragmentum metro choliambico conscriptum apud Athen. XII, p. 554. D. *Αὗται οὖν ὑπὸ τῶν πολιτῶν καλλίπυγοι ἐκαλοῦντο, ὡς καὶ ὁ Μεγαλοπολίτης Κερκιδᾶς ἐν τοῖς ἰάμβοις ἱστορεῖ λέγων·*

*Ἦν καλλιπύγων ζεῦγος ἐν Συρακούσαις:*

sive quod Meinekius malebat *Συρακόσσαις*. Quod cum parum evincat, Cercidam inter mimorum auctores esse referendum, alium locum exigamus, quo Cercidas *μιμιάμβων ποιητὴς* perhibeatur. Stephanus enim Byzantius v. *Μεγάλη πόλις: ἀφ' ἧς Κερκιδᾶς ἄριστος νομοθέτης καὶ μιμιάμβων ποιητής*. Cui scripturae cave confidas, quippe fluxit *μιμιάμβων* a Xylandri coniectura, Berkelio aliisque probata, qui editionum Aldinae Iuntinaeque lectionem mendosam *μιλιάμβων* temere diiudicarunt. Vratislaviensis enim quod apud Dindorfium Praef. p. CXXVI. *μηλιάμβων* praebet, id sponte nos deduxit ad *μελιάμβων*, Meinekio suffragante, nec magni facimus, quod Gaisfordus post Grotium e Codice Parisino apud Stobaeum T. 58, 10. *μιμίαμβος* exhibuit. Itaque cum Cercidas et Photio Bibl. p. 533, 6. *μελοποιός* sit appellatus: *καὶ ἡ μάγις δὲ ἀντὶ τῆς τραπέζης Αἰγύπτιον δόξει καὶ παντελῶς ἔκθεσμον. Ἐπίχαρμος δὲ ὁ Δωριεὺς καὶ Κερκιδᾶς ὁ μελοποιὸς ἐπὶ τῆς αὐτῆς διανοίας ἐχρήσαντο τῇ λέξει καὶ μὴν καὶ ὁ Ἀττικὸς Σοφοκλῆς*, et lyrico generi quam mimico sit propior Cercidae a Diogene Laert. VI, 76. locus servatus: *οἱ δέ (φασι τελευτῆσαι αὐτὸν) τὸ πνεῦμα συγκρατήσαντα*

---

1) Plin. Epist. VI, 21. de Verginio Romano: scripsit mimiambos tenuiter, argute, venuste, atque in hoc genere eloquentissime. — 2) Gaisfordus in Hephaest. p. 257. „Hi choliambi sive scazontes, ab aliis nominantur mimiambi.“

ὧν ἐστι καὶ Κερκιδᾶς ὁ Μεγαλοπολίτης ἢ Κρὴς λέγων ἐν τοῖς μ ε λ ι ά μ β ο ι ς οὕτως·

Οὐ μὰν ὃ πάρος γ' ἔα Σινωπεὺς
τῆνος ὁ βακτροφόρας, διπλοείματος, αἰθεροβόσκας.
ἀλλ' ἀνέβα χεῖλος ποτ' ὀδόντας ἐρείσας
καὶ τὸ πνεῦμα συνδακών·
ἦν γὰρ ἀλαθέως
Διογένης Ζανὸς γόνος οὐράνιός τε κύων:

μελιάμβων potius quam μιμιάμβων ποιητὴς ille vocandus fuerit. Μελίαμβοι vero, me iudice, carmina sunt generis lyrici, metro maximam certe partem conscripta iambico.

His in summam collectis efficitur, ut μυθίαμβοι quos Suidas dicit, nihil fuerint nisi μῦθοι i. e. apologi iambico conscripti metro; Suidae igitur verba, μύθους ἤτοι μυθιάμβους nolim equidem converti: B a b r i u s a p o l o g o r u m s i v e s c a z o n t u m e s t a u c t o r; quid enim cum continuo subiiciantur εἰσὶ γὰρ διὰ χωλιάμβων; sed interpretor: B a b r i u s a p o l o g o r u m s i v e p o t i u s a p o l o g o r u m m e t r o i a m b i c o i l l i g a t o r u m a u c t o r e s t. Μυθιάμβους autem ad choliambos merito referri confirmant loci non ita multi, quibus choliambici versus aperte ab iambis secernuntur, velut Tzetz. Chil. XIII, 257. sq.

Οἱ παλαιοὶ ἀγύρται γάρ, ὥςπερ Βαβρίας γράφει
ἐν μυθιάμβοις τοῖς χωλοῖς, οὐ τοῖς ἰάμβοις λέγω. 1)

Et v. 263.

Ἄκουσον καὶ Βαβρίου δέ τινων χωλῶν ἰάμβων.

Etym. M. v. Ζήτρειον p. 411, 41. — καὶ παρὰ Ἡροδότῳ (Herodem vult),

Ἄγ' αὐτὸν εἰς τὸ ζήτρειον —

ἔστι δὲ χωλίαμβος τὸ μέτρον. Nam sic Etymologici verba sunt rescribenda. Reliqua de hoc loco infra persequemur. Multo maior locorum est numerus, quibus choliambi nomine iamborum significentur. Sic Tzetz. in Lycoph. 219. ubi profert versum choliambicum: Καὶ ὁ Ἱππῶναξ ἐν τῷ κατὰ Βουπάλου πρώτῳ ἰάμβῳ. Idem Tze-

1) Haec choliamborum et iamborum distinctio mirum in errorem abduxit Canneg. in Avian. Praef. p. 8.

tzes a Ruhnk. in Longin. III, 2. p. 236. allatus Samii Aeschrionis choliambis conscripto fragmento hunc praefixit versum:

*Ὡς καὶ ὁ γράψας τὰ ψυχρὰ ταυτὶ τῶν ἰαμβείων.*

Porro apud Athen. III, 75, F. Parmenonis Byzantii versus choliambici iambi appellantur. Accedat alter locus Athenaei VII, 296, F. infeliciter a nonnullis tentatus: *Αἰσχρίων δ' ὁ Σάμιος ἔν τινι τῶν ἰάμβων Ὕδνης* (*Κυάνης* Valck. in Herod. VIII, 8.) *φησὶ τῆς Σκύλλου τοῦ Σκιωναίου κατακρλυμβητοῦ θυγατρὸς τὸν θαλάσσιον Γλαῦκον ἐρασθῆναι· ἰδίως δὲ καὶ περὶ τῆς βοτάνης λέγει, ἣν φαγὼν ἀθάνατος ἐγένετο·*

*Καὶ θεῶν ἄγρωστιν εὗρες, ἣν Κρόνος κατέσπειρε.*

Sic Dindorfius, parum probabiliter. Naekius [1]) vero cum Boissonadum [2]) refutasset nescio quam bene correxit:

*Καὶ θεῶν σῖτον*
*ἄγρωστιν εὗρες, ἣν Κρόνος κατέσπειρε.*

Ubi *σῖτον* audacter interpolavit. Nihil mutandum, modo verba recte disponamus:

*Καὶ θεῶν*
*ἄγρωστιν εἶρες, ἣν Κρόνος κατέσπειρε.*

Item choliambi sunt, quos pro iambis laudavit Athen. XIV, 625, C.: *οὗτός ἐστι Πύθερμος οὗ μνημονεύει Ἀνάνιος ἢ Ἱππῶναξ ἐν τοῖς ἰάμβοις οὕτως*, cf. Welck. in Hippon. fragm. XXV. Aeschrionis Samii in Philaenidem extat carmen choliambis conscriptum, quod sic excitavit Athenaeus VIII, 335, B.: *ἔχει δὲ οὕτως τὰ ἰαμβεῖα.* Sic ubi Cercidae iambos Athenaeus laudat XII, 554, D. extat versus choliambicus. Phoenicis etiam Colophonii, cuius de Nino carmen choliambis est illigatum, choliambi *ἴαμβοι* sunt appellati ab Athen. XII, 530, E. Quapropter Pausaniae quoque locum l. I, 9. p. 23.: *ὡς Φοίνικα ἰάμβων ποιητὴν Κολοφώνιον θρηνῆσαι τὴν ἅλωσιν* de choliambis intelligendum esse arbitror. Haec igitur satis, quid de Aviani loco sit statuendum, indicant: quas (fa-

1) In Choeril. p. 194. — 2) Addend. in Athen. apud Schweigh. p. 447.

bulas) Graecis iambis Babrius repetens in duo volumina coartavit. [1])

Subsequuntur Suidae verba haec, *Εἰσὶ γὰρ διὰ χωλιάμβων ἐν βιβλίοις ι΄:* qui librorum numerus s. v. *Χορίαμβος* in MSStis non littera, sed ipso vocabulo *δέκα* est expressus. Iam *διὰ χωλιάμβων* primus Küsterus restituit, vidit antea Cannegieterus; [2]) nam omnes ante Küsterianam editiones *διὰ χοριάμβων* exhibent. Veram tamen scripturam Codex Bibl. Reg. Paris. n. 2622. confirmavit, a quo Bruxellensis scriptura *χωλιάμβων* (superscr. *ορ*) proxime abest. *Χολιάμβων* Leidensis, *χαριάμβων* Cod. A. Gaisfordi exhibent. Ad eandem fere rationem infra Gaisfordo teste libri fluctuant. Idem vitium recurrit in Etym. Magn. p. 442, 10. s. v. *Θάλης· Θάλητος, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ.* Fragm. XCVI. Bentl.

*Πάλιν τὸ δῶρον ἐς Θάλητ᾽ ἀνώλισθε.*

*ἔστι γὰρ χορίαμβος· τροχαῖον γὰρ ἔχει ἐν τῷ ἕκτῳ ποδί:* cui loco Sylburgius ante Bentleium subvenit. Eadem chorda oberratum est in Etym. Magn. p. 411, 43. ubi versui ex Herodis mimiambis laudato subiiciuntur haec: *ἔστι δὲ χορίαμβον τὸ μέτρον.* Ad quae Sylburgius: verius fortasse *χωλίαμβον*, iambicum claudicans; *χωλίαμβος* vellem scripsisset. Sed haec nominum confusio minus mira videbitur reputantibus *χωλιάμβους* adeo in *λοχιάμβους* esse transformatos apud Etym. Magn. p. 59, 49. s. v. *Ἄλες*, unde portentosam sane scripturam *ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν λοχιάμβοις* idem Sylburgius sustulit. In syllabis tamen *λοχ* et *χωλ* pingendis saepe a librariis peccatum esse plura docent exempla. Velut in Babrii fragmento apud Suidam s. v. *Οἴναρα·*

*Δήμητρι ταύρων ὄχλον ἀγρότης θύσας*
*ἅλω πλατεῖαν οἰνάροις ὑπεστρώκει,*

verissimam Tyrwhitti coniecturam esse opinor,

1) Praef. p. 7. Satis sunt mirabilia, quae Cannegieterus hinc effecit. — 2) Annott. in Praef. Avian. p. 8. „*Χωλιάμβων* legendum apud Suidam in *Βαβρίας* et *Χορίαμβος* dudum vidimus et ante nos Lud. Kusterus monuit."

*Δήμητρι ταῦρον χωλὸν ἀγρότης θύσας.*

Nam quod Toupius Emend. in Suid. II, 72. excogitavit, id ab incompta Babrii elegantia est remotissimum. Quae corruptio adeo fuit inveterata, ut in Latinos etiam grammaticos irrepserit, vide vel Priscianum de metris Comicis p. 1327. Putsch.: Iste versus cum sit choriambus, in quarto loco et in quinto habuit dactylos, quum in utroque debuerit a brevi incipiens pes poni. Ubi choliambus Lindemannus et Krehlius reposuerunt; ceterum de Prisciani praecepto nunc cohibeo sententiam.

Choliambis igitur in apologis perpoliendis Babrius usus est; nam in alucinationis loco ponimus ea, quae Bergerus disputavit [1]). Numquis vero sicubi fabula iambis composita mediam inter choliambicas locum obtineat, inde colligere ausit, hanc ipsam iambicam fabulam in vasta perturbatione apologorum et farragine positam sinceram et labis immunem esse? Haec igitur argumentatio plane friget. Sed ut interim concedamus fabulam istam iambis esse conscriptam, Babrium tamen eius auctorem esse praefracte negamus. Sed quod ille primum se vidisse simulavit, aliorum ut solet per silentium inventis abusus est. C. enim Schneiderus (Arnott. p. 41. sqq.) fabulam hanc iambicam sic restituit:

*Λύκος πλανώμενός τις ἐν ἐρήμοις τόποις,*
*κλίνοντος ἤδη πρὸς δύσιν πόθ' ἡλίου,*
*δολιχὴν ἑαυτοῦ τὴν σκιὰν ἰδὼν, ἔφη·*
*λέοντ' ἐγὼ δέδοικα, τηλικοῦτος ὤν,*
*πλέθρου δ' ἔχων τὸ μῆκος; οὐ θηρῶν ἁπλῶς*
*πάντων δυνάστης ἀθρόων γενήσομαι;*
*λύκον δὲ γαυρωθέντα καρτερῶς λέων*

---

1) Pag. 67. „Cum haec fabula (cf. CCCLIX. Fur. *Λύκος καὶ Λέων*, lib. III, 30. Berg.) non ut ceterae choliambis constet, fabulae tamen choliambicae citra dubium genuinae tam praecedant quam subsequantur, in eam sententiam adducor, Babrium praeter choliambos in nonnullis fabulis quoque iambis senariis comicis, quales apud eius imitatorem Phaedrum reperimus, usum fuisse.“

κατήσθιεν. τότε δ' ἐβόησε μετανοῶν·
οἴησις ἡμῖν πημάτων παραιτία.

Sed quoniam ad alia properamus, paulisper haec intacta relinquimus. Porro iamborum vestigia sunt in fabula CCCLXI. Fur. *Λύκος καὶ Κύων*, ex qua Schneiderus (cf. Annott. p. 42.) hos dedit versus:

Δήσας τίς ἐξέθρεψε τοῦτον; ὃς δ' ἔφη·
κυνηγός· ἀλλά τοῦτο μὴ πάθοι λύκος
ἐμοὶ φίλος.

Prior igitur fabula ad eam collectionem, quae puris iambis continebatur, est referenda, quamque de reliquiis prosaicis locupletatum iri auguror; de altera dubitamus, an eiusdem fuerit collectionis, cum maior eius pars inter Gabriae tetrasticha extet, initio quibusdam additamentis aucta, quae non semel in his fabulis usu veniunt. In Gabriae tamen tetrastichorum editionibus vulgatis desideratur, quam Bandinius e Codice Bibliothecae Mediceae Laurentianae [1]) non sine vitiis prodidit. Opusculum infra posui:

Κλοιῷ λύκος πάχιστον εἰσορῶν κύνα,
δήσας ὃν ἐξέθρεψε ποιμὴν τίς ἔφη
κυνηγός· ἀλλὰ τοῦτο μὴ πάθοι λύκος·
ἐμοὶ φίλος λιμὸς γὰρ ἢ κολοιοῦ κόρος.

Ita Codex. Ut reliquae ita haec fabula omni destituta est lepore. Apertum est mendum *κολοιοῦ*; scribe *κλοιοῦ*. Neque illud ἢ ferri potest. Sed in his nolim longius morari, ne medicinam videar mortuo parasse.

Alterum nobis superest Bergeri commentum, qui hexametro etiam in fabulis componendis Babrium usur-

1) Gabriae tetrastichis illigatae fabulae extant XX. in Cod. Mediceo Plut. V, LXXXVII. p. 205. vide Bandin. Tom. I, p. 29. quae prioribus Gabriae editionibus desunt. Codex continet LXIX, quarum XLIII post alios edidit Neveletus, cuius ex editione saepius sunt repetitae. Ceterum ut illa quam exscripsi, sic et reliquae multis praeterea vitiis contaminatae succum omnem et sanguinem perdiderunt. Nullius sunt pretii quae de his fabulis Harlesius disseruit, qui nescio qua ratione „singularia hunc codicem in fabulis Babrii aut Aesopi praebere“ dixerit. Vide Fabr. Bibl. Gr. Tom. I, p. 632. sqq. ed. Harl.

passe finxit. Prius tamen C. Schneideri opinionem (Annott. p. 44.) expendendam mihi arbitror, qui fabulam CCCLXIV. Fur. Ὁδοιπόρος καὶ Ἀλήθεια ex versibus senariis tribus et Hipponacteis sex compositam esse contenderit. Ab hoc autem exemplo si recesseris, nullum huius generis invenire licet. At Eupolis, inquit, istam sibi licentiam indulsit. Priscianus enim tradidit p. 1328. Putsch. Eupolis *Βάπταις* cum in aliis iambis eiusdem fabulae recta est observatione metrorum usus, hos tamen posuit in fine habentes spondeos:

*Ἀνόσια πάσχω ταῦτα, ναὶ μὰ τὰς νύμφας.*
*Πολλὰ μὲν οὖν δίκαια, ναὶ μὰ τὰς κράμβας.*

Grammaticos Latinos metrorum saepissime se ignaros praebuisse, quis hodie nescit? Neque vero Prisciani observationem repudio. Videtur enim Comicus iambographorum quempiam, qui multum fallor aut Ananius fuit, novissimo certe versu ludificans perstrinxisse. Ceterum aut corruptis versibus aut prava grammaticorum Latinorum doctrina nititur opinio, quae choliambos cum iambis continuatos fuisse posuit. Heliodori praeceptum apud Priscianum p. 1327. Putsch. „Heliodorus metricus ait: Ἱππῶναξ πολλὰ παρέβη τῶν ὡρισμένων ἐν τοῖς ἰάμβοις, hoc est, Hipponax multa praeteriit, i. e. praetermisit, praefinita in iambicis," et p. 1328. „Hipponactem etiam ostendit Heliodorus iambos et choriambos [choliambos dicit] confuse protulisse:" huius igitur metrici praeceptum Schweighäuserum in Athen. Tom. II, p. 36. non inducere debebat, ut scazontibus iambos puros inseri pronunciaret, quod merito Hermannus Elem. Doct. Met. l. II, c. 15, p. 144. negavit, suffragante Welckero in Hippon. p. 38.

Sed ut iam eo revertamur, unde exorsi sumus: in fabula quae inscribitur Ὁδοιπόρος καὶ Ἀλήθεια hanc non admittimus licentiam. Tertius enim eorum quos C. Schneiderus in medium protulit senariorum,

*Ὁδοιπορῶν ἄνθρωπος εἰς ἐρημίαν*

ἐστῶσαν εὗρε τὴν Ἀλήθειαν μόνην·
καί φησιν αὐτῇ· διὰ τίν' αἰτίαν, γύναι;

ipsius nititur coniectura; codices Vaticani δι' ἣν αἰτίαν γύναι, quod ferri non potest; item primus versus et alter e scazontibus sunt depravati. Probabiliora ipsi deinceps sectabimur.

Iam ad alterum Bergeri progrediamur commentum [1]) quod ante ipsum ab aliis [2]) excogitatum est. Fabulas igitur Babrii fuisse, quarum numeri essent hexametri, Suidae depravatus locus videbatur significasse s. v. Ἑταιρεία· ἡ συνήθης ὁμόνοια καὶ φιλία. Βάβριος·

Θέντο μετ' ἀλλήλοισιν ἑταιρείην μύε δοιώ,
οὐ καθομὰ ζώοντες· ὁ μὲν κατὰ νειὸν ἐρήμην
ἐτρέφεθ'· ὃς δὲ δόμοισιν ἐν ἀφνειῶν τρέφετ' ἀνδρῶν.

Tametsi Gaisfordus in omnibus ut videtur codicibus Babrii nomen invenit ac fidem istorum versuum in Indicem sub Babrii inscriptione rettulit, tamen poetae nomen adscriptum esse pro certo habeo a lectoribus male sedulis, qui huiusmodi argumentum fabulas inter Babrianas legissent. Babrius enim choliambis condidit fabulam de mure rustico et urbano, cuius fragmenta extant apud Suidam s. vv. Καμειραία ἰσχάς, Κρίμνον, Σωράκους, coll. fab. ex Bodl. a Tyrwhitto p. CLXVIII. prolata.

Porro Suida teste **d e c e m l i b r o s** (ἐν βιβλίοις δέκα)

1) Pag. 68. „Quin etiam hexametri tres sub eius nomine a Suida allegantur in voce Ἑταιρεία, ut adeo choliambis maiorem tantum partem operis Babriani constituisse, poetaque ad alia etiam metra deflexisse videatur." — 2) Contra Bentleium ab hac sententia stetit Carolus Boylius in examine dissertationis Bentleianae de fab. Aesop. p. 243. cf. Fabricium Bibl. Gr. Tom. I. p. 630., qui et ipse: „Sed et versus hexametros, laudato eodem Babria [Babrio], profert idem Suidas in Ἑταιρεία, in quo, nisi fefellit eum memoria, credibile est, etiam versus hexametros et pentametros, quos ex μύθοις vel μυθικοῖς producit in Αἰπεινή, Ἀδεν, Ἀκηδής, Δίη et Στυφελός, [s a t i s n e g l i g e n t e r h a e c c o l l e c t a] Babrii esse, ut forte diverso carminis genere interdum usus sit Babrius in fabulis exscribendis, qui eiusdem B o y l i i coniectura est, licet Bentleius [de fab. Aesop. c. IV.] hanc homericam vel elegiacam metaphrasin malit tribuere Anonymo alicui, Babria [Babrio] antiquiori."

conscripsit Babrius, cum Avianus eum in duo volumina fabulas Aesopias redegisse tradat. Hanc quidem discrepantiam quibus rationibus ad concordiam revocarem ipse non inveni, quamquam maiorem Suidae fidem habendam ratus, ut qui opibus Babrii diligenter in lexico consarcinando usus sit. Discessionem igitur a Corae feci, qui Suidae auctoritatem postposuit Aviano, Praef. p. ιή. sqq. *Βάβριος ὀνομαζόμενός τις ἔβαλεν εἰς μέτρα ὅλους, ἢ κἂν τοὺς περισσοτέρους μύθους τοῦ Αἰσώπου, παρακλείσας εἰς βιβλία δέκα κατὰ τὴν μαρτυρίαν τοῦ Σουίδα, ἢ πιθανώτερον εἰς δύο, ὡς λέγει ὁ Ἀϊανός.* Antea tamen Tyrwhittus difficultatem ita removere conatus est, ut aut Aviani volumina alio quam quo Suidae *βιβλία* significatu posita diceret aut in MSStis librorum numerum turbatum fuisse.[1]) Sed haec parum probabiliter, nisi forte quod ille priore loco posuit, ei speciem quandam libet ab aliis doctae antiquitatis exemplis conciliare, velut quod Suetonius[2]) C. Octavium Lampadionem Naevii Punicum bellum, olim illud uno volumine comprehensum, septem in libros divisisse narrat. Ceterum in transcursu monemus, ab alio auctore *μύθων* decem libros conscriptos fuisse; Nicostratum dico, qui Suida teste s. v. *Νικόστρατος Μακεδὼν* confecit *Δεκαμύθιον*.[3])

Aesopias igitur fabellas sermone pedestri conscriptas numeris Babrium astrinxisse, Suidae docent verba:

1) Pag. CLXI. ann. 1. „In hoc autem ab Aviano Suidas discedere videatur, cum alter Babrio duo volumina, alter decem libros tribuat; sed non constat, Avianum volumina posuisse eodem sensu, quo Suidas *βιβλία*; et praeterea numeri in Codd. MSStis non raro turbantur." Speciosa est Tyrwhitti suspicio p. CLXXIX. ann. 23. „Equidem prope est, ut credam, duo Babrii volumina ab Aviano memorata casu quodam olim distracta, hoc uni, illud autem alteri harum collectionum (Accursianae et Neveletianae) originem dedisse." Sed de his alio tempore. In dubio rem reliquit Aretinus Beiträge z. Geschichte und Litt. Tom. IX. p. 1246. — 2) De illustr. gramm. c. II. „ut C. Octavius Lampadio Naevii Punicum bellum, quod uno volumine et continenti scriptura expositum, divisit in septem libros. — 3) De Nicostrato post Babrium florente vide quae collegit Tyrwh. p. XCLXXI. ann. 35.

*Οὗτος ἐκ τῶν Αἰσωπείων μύθων μετέβαλεν (μετήγαγεν* Brux.) *ἀπὸ τῆς αὐτῶν λογοποιίας εἰς ἔμμετρα, ἤγουν τοὺς χωλιάμβους.* Proxime accedit, quod in MSto Harleiano apud Tyrwh. p. CCII. fabulatoris versus *χωλιαμβικοὶ στίχοι ἐκ τῶν Αἰσώπου μύθων* nominati sunt. Babrii sint an alius fabulae, quae sub titulo: *τῶν Αἰσώπου μύθων ἴαμβοι* extant in Codice, quem P. Romolinus in coenobio Grotta Ferrata invenit, equidem non diiudicarim. Babrio Harlesius nescio quo iure vindicavit in Fabricii Bibl. Graec. Tom. I, p. 635. Sed ut ad Suidae narrationem revertamur, qui fabulas Aesopias a Babrio choliambis illigatas esse tradidit, nunc quidem quam poeta in perpoliendis apologis usurparit collectionem vix certo licet constituere. Nam vulgares fabellae quas nunc versamus prosa oratione conscriptas omnes sunt Babrianis recentiores. Votis igitur quam demonstrationi similior est opinio Coraae: *Πιθανὸν ὅτι ὁ Βάβριος ἔλαβε τοὺς Αἰσωπικοὺς μύθους ἀπὸ τὴν συναγωγὴν τοῦ Δημητρίου.* Praef. p. *κ'.* Fabulas autem a Babrio fuisse inventas, quae Tyrwhitti est ratio, id nec probari potest neque redargui. [1])

---

1) Pag. CLXXXI. „Neque tamen vero est absimile, fabulas eius [Aesopi], quotquot fuerint, ex aliorum inventis numero non parum auctas fuisse, antequam eas (quaecunque scilicet sub Aesopi nomine ferebantur) choliambis suis expolivit Babrius, quem et ipsum aliquas addidisse non iniuria suspicemur.“

## CAPUT II.

### *De aetate Babrii deque eius cum Gabria Magistro confusione.*

Babrium unum de postremis bonae notae scriptoribus fuisse R. Bentleius [1]) pronunciavit; cuius sententiam color fragmentorum et elegantia dictionis confirmant. Sed Bentleius satis habuit rationes intrinsecus petitas perstrinxisse, atque viam cum [illegible]uacibus monstrasset, digito ad fontes intendendo sategisse sibi visus est. Hunc autem aemulatus accuratam de Babrii aetate disputationem instituit Tyrwhittus, cuius argumentationem excutere iuvat, postquam singulos quibus innititur locos perlustrarimus. Primum igitur cum in Apollonii Sophistae Lexico Homerico haec extet glossa: *Ἄειδε, ᾆδε, ὕμνει· δύναμιν περιποίησαι ὥςτε ᾆσαι·*

*Μῆνιν ἄειδε θεά·*

*τινὲς δὲ εἰς τὸ λέγειν μετέβαλον* (scribe *μετέλαβον*) *τὴν λέξιν·* * * *ἐπὶ μὲν τῶν καταλογάδην περιφερομένων τῷ λέγε* (scr. *λέγειν*) *καταχρωμένου* (?) *καὶ τῷ εἰπεῖν· τῷ δὲ ἄειδεν* (fortasse *ἄειδε* vel *ἀείδειν*) *ἐπὶ μὲν μετ' ᾠδῆς· ταῦτα δ' Αἴσωπος ὁ Σαρδιηνὸς εἶπεν.*

*Ὅντιν' οἱ ἀδελφοὶ ᾄδοντα μῦθον οὐ καλῶς ἐδέξαντο.*

*ἀντὶ τοῦ λέγοντα· ὁ γὰρ Αἴσωπος λογοποιός*: eo in loco iure reprehensus est Villoisonus a Tollio, quod verba *Ὅντιν' οἱ ἀδ. — ἐδέξαντο* pro versu habuisset. Idem tamen Tollius quod *Σαρδιανὸς* pro *Σαρδιηνὸς* coniecit, probabiliter sibi fecisse visus est, ut qui verba ad Sophistae scilicet explicationem referret. Aliam eiusdem opinionem, quae illi aetati potuit condonari, satis habeo propter rei notitiam ascripsisse: nimirum is novissima ex Aesopi libro repetebat, quo *τὰ ἐν Δελφοῖς αὐτῷ συμβάντα* descripsisset [2]). Tyrwhittus demum numeros scazontes in Apollonii glossa latentes indagavit, sic distinctos:

---

1) Diss. de Aes. fab. e. VII. p. CXLIV. — 2) Cf. Suid. s. v. *Αἴσωπος* et Fabric. Bibl. Graec. Tom. I. p. 622. sq. Harles.

Ταῦτα δ' Αἴσωπος
ὁ Σαρδιηνὸς εἶπεν, ὅντιν' οἱ Δελφοὶ
ᾄδοντα μῦθον οὐ καλῶς ἐδέξαντο.

Hos igitur versus quibus explicandis sunt ea quae in Aesopi Vita p. 75. sqq. Nev. narrantur, ad Babrium cum Tyrwhitto [1]) refero; de fabulatoris aetate his ex versibus constituenda dissentio ac dubitationi locum aliquem esse opinor. Nam quod Apollonium cum Villoisono (cf. Prolegg. p. VIII.) circa Augusti tempora aut etiam aliquanto prius floruisse censet, equidem non adversor; sed neglexit ille quaestionem longe impeditissimam, Apollonii Lexicon sitne sincerum an ab auctoritate Sophistae diversum. Nam etsi germanum hominis fetum duxerimus, suspicio tamen remanet multos locos ab lectoribus interpolatos fuisse vel ascripticios irrepsisse, quam in rem vel unus Suidas haud levia praestat documenta.

Sed Augusto superiorem fuisse Babrium non tam argumentis extrinsecus petitis quam dictionis elegantia Coraes permotus contendit Praef. p. ιϑ'. sq.: *Τὰ σωζόμενα ὅμως εἰς τὸν Σουίδαν ἀποσπασμάτια τοῦ Βαβρίου μὲ φαίνονται τόσον κομψά, ὥςτε τολμῶ νὰ κρίνω τὸν Βάβριον ἑκατὸν ἔτη ἀρχαιότερον τοῦ Φαίδρου ; ἤγουν σχεδὸν σύγχρονον τοῦ Βίωνος καὶ τοῦ Μόσχου.*

Nec firmioribus nititur argumentis de aetate Babrii coniectura, quam secundo in loco hac sub venia repono, ut pro certo nihil affirmem. Hanc enim in rem pertractus est Fl. Avianus, cuius de aetate nondum satis constat inter doctos viros. Quodsi vere sensit Cannegieterus [2]) istum Avianum Antonini Pii aut Hadriani temporibus fuisse superiorem, iure hoc quicquid est demon-

1) „Haec Babrii esse et metrum et sensus clamant. Hunc igitur Apollonio antiquiorem tuto statuamus; Apollonium autem circa tempora Augusti floruisse, cum Cl. eius editore verisimillimum arbitror; aut etiam aliquanto prius" p. CLXI. ann. I. — 2) „Cogitantibus autem hanc Iulii sive patris Titiani aetatem, quo antiquior fuit Avianus, facilius est dicere, quorum hic principum imperia et vitam praecessit, quam Imperatorem tempore aequalem designare. Siquidem omne illud tempus, quod inter Claudium Imperatorem usque ad Commodum patet, vacuum Aviano relinquitur, quo

strationis locum obtinebit secundarium, quamquam istud iudicium licet aliquantum addubitare [1]). Avianus igitur Praef. p. 5—8.: Huius ergo materiae ducem nobis Aesopum noveris, qui responso Delphici Apollinis monitus ridicula orsus est, ut legenda firmaret. Verum has pro exemplo fabulas et Socrates divinis operibus indidit, et poemati suo Flaccus aptavit; quod in se, sub iocorum communium specie, vitae argumenta contineant: quas Graecis iambis Babrius repetens in duo volumina coartavit. Phaedrus etiam partem aliquam quinque in libellos resolvit. Hinc si coniectura licet aliquid assequi, Babrius Horatium inter et Phaedrum fuerit ponendus. Quoniam tamen ne Phaedri quidem aetas extra controversiam est posita, etiam haec temporis descriptio fluctuat. Qui si Tiberio principe vixit, quae vulgaris est persuasio, Tyrwhitti opinio non multum ab vero afuerit, qui sub Augusto Babrium floruisse contenderit. Interim paulo certiorem temporis notam hinc eruimus, quod Horatio Babrius subiungitur. Babrius utrum Horatii Satiris usus sit an contra, quis ausit affirmare? Ex communi tamen fabularum fonte utrumque hausisse similitudo, quae inter utriusque fabulas intercedit, credi iubet: velut si comparamus Babrii fabulam *Βοῦς καὶ Φρῦνος* apud Furiam CCCLXXVIII. cum Horatii Sat. II, 3, 314. sqq. Babrii fragmenta apud Suidam vv. *Καμειραία ἰσχάς*, *Κρίμνον*, *Σωράκους* praeter fabulam prosariam apud Tyrwh. p. CLXVIII. cum Sat. II, 6, 79. sqq. Graeci fabulatoris fragmenta apud Suidam v. *Σπήλυγξ* cum Horatii Epist. I, 1, 74. Ceterum neque quae Bergerus [2]) audacter effutiit moror, neque magis fru-

principes complures Roma vidit. Suspicionem tamen facit stylus, eum ultra Antoninum Pium et Hadrianum non assurgere quod dein pluribus docebimus" Canneg. p. 276.

1) Cf. quae contra Cannegieterum disputavit Wernsdorf. Poet. Lat. Min. Tom. V. P. II. p. 667. sqq. — 2) Praef. p. XIV. „Imo Phaedrus ipse ac Horatius, qui sub Augusto claruere, plura ad verbum e Babrio expresserunt, opusque adeo eius ambo pertractarunt quod fabulas ipsorum cum Babrianis conferenti lu-

gi sunt, quae Cannegieterus in Aviani locum annotavit. [1])

Ipse cum perscrutarer locos, ex quibus de Babrii aetate quaedam argumenta depromi possent, ab aliis vesti-

---

ce clarius patebit." Iam audi meras nugas: „Si ipsas Babrii fabulas penitius examinemus, duas insuper notas deprehendemus, quae tempus illud, quo ante Augustum vixerit, vix non certum reddant. Fabula enim decima libri primi (*Ὁδοιπόρος καὶ Ἀλήθεια.* CCCLXIV. Fur.) ait, veritatem ac fidem omnem sua aetate pessum iisse, summamque passim morum corruptelam grassari. Fabula vero prima tertii libri (*Ἱππεὺς φαλακρός.* CCCXXVI. Fur.) non adeo dolendam esse ostendit amissionem bonorum propria industria partorum, cum tot homines, primo loco et in summa rerum opulentia nati, subito ad incitas redigantur. Quae quo apertius referas, quam ad tempora primi belli civilis et Sullanas proscriptiones? A scopo ergo haud procul aberrarit, qui Babrium Meleagri Gadareni inter Graecos, Ciceronis, Lucretii ac Sallustii inter Latinos aequalem duxerit." Si recte memini, Censori poenas dedit.

1) Admirationem movet Cannegieteri expositio p. 8. „Suidas in voce Babrius Babriam et Babrium eum nominatum arguit, in quibus tamen locis versus eius meminit, Babrium appellat. Sed metuo ne Suidas Babrium et Babriam (vid. Add.) confuderit, quorum uterque fabulas Aesopias scripsit tempore, metro, numero diversas. Ille prior fuit Aviano, atque, ut suspicor, Phaedro. Hic posterior. Ille iambis, hic scazontibus; nam *χωλιάμβων* legendum apud Suidam in *Βαβρίας* et *Χορίαμβος* dudum vidimus et ante nos Lud. Kusterus monuit. Ille libris duobus, hic decem, nisi Suidae librarii fallunt. Nam tot volumina Babrium non reliquisse ex Aviano discimus, qui eum duobus voluminibus coartasse fabulas testatur, quas Phaedrus in quinque libellos resolvit. Videtur et hos fabulatores confudisse Ioannes Tzetzes, ita tamen ut diversum genus iambi probe animadverterit." Temeraria suspicio, quam redargui vix ullum postulaturum arbitror. Diversa enim nominis apud Suidam scriptura factum est, ut Cannegieterus Babriam excogitarit Aviano posteriorem, qui choliambis decem fabularum libros composuisset. Batavi sententiam Iacobsius, qui tamen Cannegieteri Addenda neglexit, in Ersch. et Grub. Encycl. Tom. VII. p. 16. ann. 1. s. v. Babrius reiecit. Alia fuit suspicio viri cuiusdam docti, quae non tam e libro, qui nunquam prodierit, quam ex eius inscriptione quondam vulgata perspici potest: „Editio Babrii curante Wilhelmo, in lucem emittenda prodibit sub titulo: Babrii eiusque imitatoris Babriae atque Epitomatoris Ignatii Hellenistae et Grammatici metricae fabellae ex duodecim Codd. MSStorum fide una cum fragmentis ex Suida aliisque collectis pri-

gia vidi neglecta, quae Dositheus Magister [1]) subindicavit. Hic enim grammaticus, cuius de Interpretamentorum libro tertio pauca deinceps explicabimus, duas choliambico metro astrictas servavit fabulas, quas Babrio vindicandas esse vel ipsum metrum docet. Fuit is Graeculus, qui Graecis [2]) suis Latinae linguae studiosis libros quosdam Graecos de verbo interpretatus est, atque in parte huius instituti duae illae fabellae sedem invenerunt, quas nisi Codici Vossiano, qui solus eas servavit, recens manus ascripsit, Babrium ante saeculum tertium, cuius initio Dositheus vixit, floruisse apparet.

Longe tamen accuratiorem notitiam Iuliano Imperatori debemus, cuius in Epistola LIX. ad Dionysium sycophantam conscripta haec extant verba (p. 113. Heyler.): *Ἢ τοῦτο νομίζεις ὑπὲρ τῶν παλαιῶν ἁμαρτημάτων ἀπολογεῖσθαι πρὸς ἅπαντας, καὶ τῆς πάλαι ποτὲ μαλακίας παραπέτασμα τὴν νῦν ἀνδρείαν εἶναί σοι; τὸν μῦθον ἀκήκοας τὸν Βαβρίου· Γαλῆ ποτ' ἀνδρὸς εὐπρεποῦς ἐρασθεῖσα· τὰ δὲ ἄλλα ἐκ τοῦ βιβλίου μάνθανε.* Sic novissimus editor; sed neque *τὸν Βαβρίου* quod in ver-

---

mum coniunctim editae. Haec editio praeter alia complectetur L Fabulas metricas, a Babrio eiusque imitatore Babria scriptas; LXXIII Tetrasticha, auctore Ignatio; Fragmenta Babriana e Suida aliisque collecta; LXXIII Epimythia." Vide Suppl. et Add. in Phaedr. ap. Schwab. T. I. p. 592 sq. ed. secund. Quomodo factum sit, ut vir doctus Babrii imitatorem Babriam nuncuparit nequaquam expedio. Nam de Ignatio Magistro minus intercedo, ne Babrii imitator vel potius epitomator nominetur. Ceterum Lambeccius quod Fabr. Tom. I. p. 635. tradit in codice Caesareo repperit: *Βαβρίου ἐν ἐπιτομῇ μεταγραφὲν ὑπὸ Ἰγνατίου Μαγίστορος*, coll. alius Codicis inscript. p. 634. Harles.

1) De hoc „sciolo stolidove ludimagistro" cf. *Δοσιθέου τοῦ Γραμματικοῦ Ἑρμηνευμάτων βιβλίον γ'* ex edit. Eduardi Boeckingii Bonnae MDCCCXXXII. p. VII. sqq. et Fred. Adolph. Schillingii Diss. Crit. de Fragm. Iur. Rom. Dositheano denuo Graece et Latine edito. Lipsiae MDCCCXIX. p. 9. sqq. — 2) Cf. Schilling. p. 11. qui usus est Dosithei loco p. 2. Boeck. *Πρὸ τούτου γὰρ δυσὶν βιβλίοις συνέγραψα πάντα τὰ ῥήματα, ἃ ἠδυνήθην τῇ ἡμετέρᾳ ἑρμηνείᾳ, ὅσα ἀναγκαῖα ὑπολαμβάνω, καὶ ὅλως ὅσα ὠφελεῖ ἀνθρώποις φιληταῖς τῆς Ῥωμαικῆς.*

borum recepit contextum in codicibus [1]) quibus usus est repperit, neque *τὸν Χαβρίου* [2]) quod Io. Alb. Fabricius in Sal. Luc. Euang. etiam ex libro Mediceo attulit, in Barocciano MSto deprehensum [3]). Denique *τὸν Γαβρίου* quod Baroccianus ille suppeditavit commemoravitque Petavius, Spanhemius in margine posuit, quodammodo fluctuat inter utramque lectionem. Neutram equidem scripturam ab ipso Iuliano profectam arbitror, quippe qui neque fabulatoris nomen neque aliud quicquam ab illo ascriptum esse persuasum habeam. Novissimi quidem Editoris ratio, qua nomen illud tuebatur (p. 441.) „Nomen fabulatoris ab Iuliano positum esse perquam credibile mihi videtur, cum ille hac potissimum Epistola delectetur priscis viris ac rebus" adeo levis est et temeraria, ut haec ipsa epistola disertissime refragetur. Nonne videmus auctorem horum verborum sileri p. 112. *Σὺ δ' ὅτι κατὰ τὸν Κωμικόν·*

*Σαυτὴν ἐπαινεῖς, ὥςπερ Ἀστυδάμας, γύναι·*

*πρόδηλόν ἐστιν ἐξ ὧν ἀπέστειλας* ? Num ascripsit Homerum celeberrimo dicterio p. 118. *Ἄκουε δὲ τῆς παραινέσεως μὴ λίαν ὀργίλως·*

*Οὔ τοι τέκνον ἐμὸν δέδοται πολεμήια ἔργα?*

Atqui Iulianus cum Dionysium de reliquis ad ipsam fabularum collectionem ableget, Babrii choliambos illo tempore satis pervagatos fuisse inter doctos certe homines atque litteratos ostendere videtur [4]): nam choliambus est ille versus, quem Heylerus ad pedestris sermonis rationem exegit. Sed longe gravissimus eiusdem est error,

---

1) Heyl. p. 441. „*τὸν Βαβρίου*] Haec tam in Codicibus meis quam in editt. Iuliani desunt; ita tamen, ut e Barocciano codice Petavius in notis, indeque Spanhemius in margine posuerit : *τὸν Γαβρίου*." — 2) Heyl. l. l. „Falso igitur illa scriptura [*τὸν Χαβρίου*] Barocciano codici tribuitur, quem diversam [*τὸν Γαβρίου*] exhibere supra diximus." — 3) Fabric. l. l. „Verba *τὸν Χαβρίου* habet MStus Mediceus et Barocc. [hoc aliter.] atque obvia haec in Chabriae decima sexta." — 4) Tyrwh. p. CLXXXI. annott. 36. „Babrium certe nostrum, vice Aesopi, citat Iulianus Imp. et ita familiariter, ac si choliambi eius ab omnibus tenerentur."

quod Gabriae tetrasticha cum Babrii choliambis confudit. (p. 441.) Non sic (inquit) apud Iulianum incipit Babrii fab. XVI., cui post Rigaltium illam allegationem rettulit Fabricius." Ubi Babrium dicit, quem oportuit Gabriam appellari: id quod ex ascripta fabula colligi potest:

*Ἀνὴρ γαλῆν γυναῖκα πρὸς δόμους ἄγε·*
*παρῆν δὲ Κύπρις εἰς ἑορτὴν τοῦ γάμου.*
*νύμφη δὲ μῦν βλέψασά συντόνῳ τάχει*
*δίωκε τοῦτον μὴ τραπεῖσα τὴν φύσιν.*

Verum haec Gabriae tetrasticha adeo omni carent vel lepore vel sensu, ut nisi integram haberemus fabulam pedestri sermone conscriptam (vide XLVIII. Fur.), vix narrationis acumen perspiceremus. Sed commodum accidit ut praeter dictum Iulianeum huius Babrianae fabulae extent apud Suidam fragmenta s. vv. *Ἐν τῷ μέρει* et *Βαθύστρωτος κοίτη*. Babrio igitur hos redde versus:

*Γαλῆ ποτ' ἀνδρὸς εὐπρεποῦς ἐρασθεῖσα,*
*Κἀκεῖνος ἰδὼν (ἐν τῷ μέρει γὰρ ἠλώκει.)*
*γαμεῖν ἔμελλεν.* —
— — — *Τὸν δὲ τῆς βαθυστρώτου*
*καταβᾶσα κοίτης ἐπεδίωκεν ἡ νύμφη.*

Valeat igitur exsanguis iste Gabrias. Ceterum in transcursu monemus alterius fabulae mentionem iniecisse Iulianum Epist. VIII. p. 12. Heyl. *Πάντως που καὶ παρὰ τῶν ἡττόνων εἶναί τι χρηστὸν ὁ μῦς τὸν λέοντα τῷ μισθῷ σώσας ἀρκούντως δείκνυσιν,* quae spectant ad fabulam XCVIII. Fur. *Λέοντος κοιμωμένου μῦς τῷ στόματι αὐτοῦ περιέδραμεν· ὁ δ' ἐξαναστὰς καὶ συλλαβὼν αὐτὸν ἔμελλε καταθοινήσασθαι. Τοῦ δὲ δεηθέντος μεθεῖναι αὐτὸν καὶ λέγοντος, ὅτι σωθεὶς χάριτάς σοι ἀποδώσω, μειδιάσας ἀπέλυσεν αὐτόν. Συνέβη οὖν αὐτὸν μετ' οὐ πολὺ τῇ τοῦ μυὸς χάριτι περισωθῆναι· ἐπειδὴ γὰρ συλληφθεὶς ὑπό τινων κυνηγῶν κάλῳ ἐπεδέθη ἔν τινι δένδρῳ, τοτηνικαῦτα ἀκούσας ὁ μῦς αὐτοῦ στένοντος, ἐλθὼν τὸν κάλον περιέτρωγε καὶ λύσας αὐτὸν ἔφη· σὺ μὲν οὖν τότε μου κατεγέλας, ὡς μὴ προσδεξόμενος ἀπ' ἐμοῦ ἀμοιβήν. νῦν δὲ εὖ ἴσθι, ὅτι ἐστὶ καὶ*

*παρ' ἡμῖν ἡ χάρις.* Quamquam auctoris nomen tacuit Iulianus, Babrio tamen usum esse mihi verisimile videtur [1]).

Poteram tamen etiam in huius argumentationis loco superiore ad Iulium Titianum provocare, quem Cannegieterus [2]) circa Caracallae, Macrini et Heliogabali tempora vixisse censuit. Is igitur Babrii apologos in sermonem pedestrem convertisse videtur: cuius facti mentionem iniecit Ausonius in Epist. XVI. ad Probum conscripta: „Oblata (inquit) per antiquarios mora, scio promissi mei gratiam expectatione consumptam, Probe, vir optime. In secundis tamen habeo non fefellisse. Apologos Titiani et Nepotis Chronica, quasi alios apologos, (nam et ipsa instar sunt fabularum) ad nobilitatem Tuam misi, gaudens atque etiam glorians fore aliquid, quod ad institutionem Tuorum sedulitatis meae studio conferatur.“ Quibus sunt coniungenda, quae mox sequuntur:

Apologos en misit Tibi
ab usque Rheni limite
Ausonius, nomen Italum,
praeceptor Augusti tui,
Aesopiam trimetriam:
quam vertit exili stilo

1) Hanc tamen de Mure et Leone fabulam vel ante Iuliani tempora prosaria conscriptam esse oratione Dositheus Magister docet, qui de verbo interpretatus est Graecam incerti auctoris fabulam, Florentina certe meliorem, p. 26. sq. Boeck.: *Μῦς ἐπάνω λέοντος κοιμωμένου ἐφήλατο καὶ τὸν ὕπνον αὐτοῦ ἐξύπνικεν· ὃν ὁ λέων δραξάμενος ἀναιρεῖν ἠβούλετο· ἐκεῖνος δὲ συγγνώμην ᾐτήσατο ὑπὲρ τοῦ ζῆν, καὶ οὐκ ἐλάσσονα χάριτα ἐπηγγέλλετο. Ὁ δὲ λέων γελῶν καὶ στοχαζόμενος* * * [Sic Boeckingius: fortasse deest *ὅτι σωθεὶς*] *λέοντι χάριτας ἀνταποδώσειν ἐπηγγείλατο, ἀπέλυσεν αὐτόν. Μετ' οὐ πολὺ δὲ αὐτὸς ὁ λέων ὑπὸ κυνηγῶν ληφθεὶς καὶ εἰς δεσμὰ βληθεὶς ἔκειτο. Τότε ὁ μῦς μνησθεὶς ἀνταποδοῦναι τῷ λέοντι τὴν χάριν ἠθέλησεν, καὶ διὰ νυκτὸς τρώγων τὰ σχοινία ἠλευθέρωσε τὸν λέοντα.* — 2) Diss. de Avian. p. 276.: „Certum namque est Titianum filium praeceptorem fuisse Maximini Iunioris — : unde paret patrem Titianum sub superioribus principibus vixisse Caracalla, Macrino atque Elagabalo. Atque ad eadem haec tempora Titianum revincit Frontonis oratoris aetas, cuius ille discipulus fuit.“ —

pedestre concinnans opus
fandi Titianus artifex.

Quam igitur Aesopiam trimetriam dicit Ausonius, ea Babrii apologos indicari Cannegieterus, [1]) Gabriae sive Babrii Wernsdorfius [2]) audacter affirmarunt, post quos Harlesius [3]) et Bernhardyus [4]) idem dubitantius pronunciarunt. Etenim quis pro certo tale quid ausit proponere, siquidem nulla Titiani fragmenta aetatem tulerunt. Quocirca non magis huic de Babrio testimonio fidem habuerim quam de Quintiliani loco I, 9, 2. statuere libet: Igitur Aesopi fabellas, quae fabulis nutricularum proxime succedunt, narrare sermone puro, et nihil se supra modum extollente, deinde eandem gracilitatem stilo exigere condiscant: versus primo solvere, mox mutatis verbis interpretari: tum paraphrasi audacius vertere, qua et breviare quaedam, et exornare, salvo modo poetae sensu, permittitur."

His breviter decursis temporum ratio nos iubet ad Lexicorum auctores progredi: quorum qui agmen ducit Suidas ampliorem de Babrio solus nobis tradidit notitiam. De cuius articulo quoniam supra expositum est, hoc loco licebit uberiore quaestione supersedere. Suidae ex eiusdem generis scriptoribus adiungimus Zonaram s. v. Ἦια, Etymologique Magni auctorem s. vv.

1) Diss. de Aviano p. 275. „Ad hunc autem Iulium Titianum patrem revertor; is enim est, de quo potissimum hic nobis dicendum, quod ille fabulas Aesopias scripsit, non a se inventas, sed ex Graecis Gabriae, ut suspicatur Vinetus, equidem puto Babrii, versas Latine." — 2) Wernsd. de carm. Avian. in Poet. L. M. Tom. V. P. II. p. 666. „Apologi Aesopii trimetri, quos Titianum vertisse Ausonius scribit, haud dubie ipsius sunt Babrii, quem Avianus nominat. Quippe hodienum tetrasticha trimetra de fabellis Aesopiis sub Gabriae vel Babrii nomine extant." — 3) Harles. in Fabr. de Aesopo C. XII. „Fecit autem post illa tempora Iulius Titianus rhetor, a quo Aesopiam trimetriam, hoc est, ut ego coniicio, fabulas Babrii Graecis choliambis scriptas, prosario sermone Latino testatur Ausonius." — 4) Grundr. d. Roem. Litt. p. 252. ann. 479. „Weiterhin kommen die metrischen Apologen des Iulius Titianus vor, aus Babrius wie es scheint übertragen."

*Ὄμφαξ* p. 625, 53. et *Πεπρωμένον* p. 662, 28.: quorum prior poetae nomen exhibet non sine corruptione, alter fabulatorem recte ascripsit. Ab his Lexicographis proxime abest Ioannes Tzetzes, a quo Babrii fabulas integras esse lectas coniectura fuit Tyrwhitti [1]) parum argumentis munita. Is igitur Babrii mentionem fecit in Chiliad. VIII, 514. sqq.

*Ὁ κολοιὸς δ' ὑπάρχει*
*καθ' Ὅμηρον καὶ Ἄρατον, Βαβρίαν καὶ τοὺς ἄλλους.*
*ἡ μικροτέρα κορωνὶς ἡ παρ' ὀπαῖς ὀρόφων:*

quae spectant ad fab. LVIII. apud Tyrwh. Nam vera est opinio Tyrwhitti, [2]) sub Aesopi nomine interdum a Tzetze laudari fabulas ex Babrii apologis depromptas velut in Chil. VIII, 500. sqq.

*Αἴσωπος παρεισφέρει που τοῖς μύθοις τοῖς οἰκείοις*
*τὸν Δία μέλλοντα ποιεῖν ὀρνέοις βασιλέα,*
*ἡμέραν τούτοις προειπεῖν, καθ' ἣν ποιῆσαι μέλλει·*
*ὕδασι ποταμίοις δὲ πάντων φαιδρυνομένων,*
*ὧν πάντων ἀμορφότατος ὁ κολοιὸς ὀρνέων,*
*τοῖς πάντων ἀποπίπτουσι πτεροῖς ἐστολισμένος*
*ἁπάντων ὡραιότερος ἐφάνη τῶν ὀρνέων.*
*καὶ εἰ μὴ γλαῦξ γνωρίσασα πτερόν τι τῶν οἰκείων,*
*πρώτη ἀφεῖλε τὸ αὑτῆς καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως,*
*καὶ κολοιὸς ὁ κολοιὸς ὡς ἐξ ἀρχῆς ἐφάνη,*
*ὀρνέων πάντων βασιλεὺς ξένοις πτεροῖς ἐφάνη.*

Pedestri sermone conscripta haec fabula extat apud Schneid. S. p. 53. fab. CI. et apud alios, cf. Schneid. Ann. p. 183. Sed proxime ad Babrianam fabulam accedit prosaria expositio apud Tyrwhittum, nisi quod hirundini noctuae vices vel Babrius vel Bodleianae collectionis auctor tribuerunt: *Ἶρις ὁ τῶν θεῶν ἄγγελος πᾶσι πετεινοῖς ἐκήρυξεν, εἴ τις ὑμῶν κρείττων εἰς κάλλος φανῇ, οὗτος πτη-*

1) De Babr. p. CLXXVI. ann. 29. „Ioannes Tzetzes, qui in medio saeculi duodecimi floruit, Babrium ut videtur versavit." — 2) De Babr. p. CLXXVI. ann. 29. „Saepius autem sub Aesopi nomine exponit fabulas, quas ex Babrio illum hausisse verisimile est."

νῶν πάντων βασιλεύσει ὑπὸ τοῦ Διός· ἐπισυνηγμένων δὲ πάντων ὀρνέων εἰς τὴν τῆς Στυγὸς κρήνην, καὶ ἀπολουομένων, Κολοιὸς υἱὸς Κορώνης γέρων πάντων ὀρνέων τὰ πτερὰ πρὸς ἑαυτὸν ἁρμοσάμενος ἤλυθεν ἀετοῦ κρείσσων. ὁ Ζεὺς δὲ τὸ κάλλος θαμβηθεὶς τὴν νίκην τούτῳ παρέχειν ἔμελλεν, εἰ μὴ Χελιδὼν Ἀθηναία τοῦτον ἤλεγξε τὸ πτερὸν αὐτοῦ ἐκσπάσασα· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τῶν λοιπῶν ὀρνέων ποιησάντων, διεγνώσθη κολοιὸς ὤν. Tyrwh. de Babr. p. CLXXIV. fab. LVIII. [1]).

Porro ut hunc locum absolvamus ex Babrio, Tyrwhitto auctore, haustam esse a Tzetze fabulam putamus, quam Aesopo tribuit Chiliad. IV, 938. sqq.

Ὥςπερ που γράφει τὴν γαλῆν ὁ Αἴσωπος ἐν μύθοις,
μεταπεσεῖν εἰς γύναιον τῇ πρὸς θεοὺς αἰτήσει.
τῇ νυμφικῇ παστάδι δὲ νύμφην ἐγκαθημένην
τὴν φύσιν δεῖξαι τὴν αὐτῆς γαλῆς, οὐ γυναικὸς δέ.
μυὸς φανέντος γὰρ ἐκεῖ, λιποῦσα τὴν παστάδα,
ὅλη τε τοῦ θηρεύματος ἐκείνου γενομένη,
ἔδειξε πᾶσιν ἑαυτὴν γαλῆν, ἀλλ' οὐ γυναῖκα.

A Babrio huius argumenti fabulam esse profectam fragmenta quae Iulianus Epist. LIX. et Suidas s. vv. Ἐν τῷ μέρει et Βαθύστρωτος κοίτη servarunt, aperte docent. Cf. quae Cap. II. p. 32. a nobis sunt exposita.

Ex eodem Babrio fortasse desumpta est fabula quam

1) Babrii disiecta membra totam per fabulam sunt sparsa. Satis habeo Tyrwhitti annotationem subiecisse: „Haec (inquit) fabula ab editis valde differt. Ex Babrio desumptam esse, probant fragmenta nonnulla choliamborum:

— — ἦλθεν ἀετοῦ κρείσσων,

[ἤλυθεν ipse retineo.]

— — κολοιὸς ὢν διεγνώσθη,

sed etiam clarius poetica illa Ἶρις et τῆς Στυγὸς κρήνην, et Κολοιός, υἱὸς Κορώνης γέρων et Χελιδὼν Ἀθηναία. Elegantias hasce noster [librarius], nisi in exemplari suo repperisset, nunquam ipse tentasset.“ Sed cavendum est, ne cum Schneidero Sax. Annott. p. 211. Babrio tales versus vindicemus:

Ἔμελλεν, εἰ μὴ Χελιδὼν Ἀθηναίη
αὐτῆς τὸ πτερὸν ἐκσπάσασά μιν ἤλεγξεν.

ποιησάντων, κολοιὸς ὢν διεγνώσθη.

Tzetzes versibus politicis astrinxit Chiliad. IV, 945. provocans ad Aesopum:

*Καὶ ὥσπερ πάλιν δέ φησι. πίθηκον ναυαγίῳ*
*ἰδών τις ἀπολλύμενον, ἄνθρωπον δόξας εἶναι,*
*τὴν χεῖρα δοὺς ἐξέσωσε κυμάτων θαλασσίων.*
*ὡς δ' ἐρωτήσας, πόθεν εἶ; ἤκουσεν Ἀθηναῖον,*
*καὶ πάλιν ἤρετο αὐτὸν εἰ Πειραιᾶ γινώσκει;*
*(οὗτος λιμὴν δὲ Ἀττικὸς ὁ Πειραιεὺς ὑπάρχει.)*
*ὁ πίθηκος εἰρήκει δὲ τοῦτον καλῶς εἰδέναι*
*καὶ τούτου τέκνα σύμπαντα, σύζυγον καὶ τοὺς φίλους·*
*ἀγανακτήσας ὤθισε μᾶλλον αὐτὸν πνιγῆναι.*

De hac fabula quae prosaria extat apud Heusing. LXXXVIII, vide huius annotationem. p. 73. Babrium secutus est Tzetzes IV, 932. coll. X, 261.

*Ἐν Κύμῃ ὄνος γεγονὼς μέγας ὑπὲρ τοὺς ὄνους,*
*λέοντος δέρος ἐνδυθεὶς φόβον ἐποίει μέγαν.*
*ὡς δ' ἡ φωνὴ τὸν δείλαιον ἔδειξε πᾶσιν ὄνον,*
*ἄγεται συγκοπτόμενος ῥοπάλοις τε καὶ ξύλοις*
*ὡς πρὸς δουλείαν πρέπουσαν ὄνοις λεοντιῶσιν.*

quae spectant ad apologos prosarios apud Coraen pp. 62, 321. Aesopus a Tzetze *μυθογράφος* appellatur, quod nomen Babrio ipsi a Suida s. v. *Στελεόν* tributum est, cf. Cap. I, p. 15. Locus autem Tzetzae est Chiliad. VII. 81.

*Ὁ μυθογράφος Αἴσωπος τοῖς μύθοις αὐτοῦ γράφων,*
*ὡς ἡ χελώνη λαγωὸν ἐνίκησε ταῖς δρόμοις.*

Pertinent versus ad fabulam CCXXIV. Schneid. Sax. Eodem nomine Aesopus laudatur Chiliad. IX, 165.

*Ὁ μυθογράφος Αἴσωπος τοῖς μύθοις αὐτοῦ πλάττει,*
*ὡς ἀετὸς πετώμενος ἐφ' ὕψους ἐτοξεύθη.*
*ἰδὼν τὰ βέλους δὲ πτερὰ τῶν ἀετείων ὄντα,*
*ἐμοῖς πτεροῖς, ἐβόησεν, ἐγὼ νῦν κατεβλήθην.*

Quam fabulam Gabrias sic decurtavit:

*Βέλει τὸ στῆθος ἀετὸς τρωθῇ πάλαι,*
*ἀλγῶν δὲ λοιπὸν ἧστο πολλὰ δακρύων.*
*βλέπων δ' οἰστὸν εἶπεν ἐπτερωμένον.*
*βαβαὶ πτερόν με τὸν πτερωτὸν ὀλλύει.*

Poteram etiam de hac fabula ad Aeschyli testimonium

provocare. Eius enim apud Suidam s. v. *Ταυτὶ μὲν εἰκάσμεσθα, κατὰ τὸν Αἰσχύλον*,

*τὰ δ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς.*

*Ὁ γὰρ Αἰσχύλος Λιβυστικὴν αὐτὴν καλεῖ παροιμίαν*, haec sunt verba:

*Ὅδ' ἐστι μύθων τῶν Λιβυστικῶν λόγος,*
*πληγέντ' ἀτράκτῳ τοξικῷ τὸν αἰετὸν*
*εἰπεῖν, ἰδόντα μηχανὴν πτερώματος·*
*τὰ δ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς*
*ἁλισκόμεσθα.*

His adiungo locum Chiliad. VIII, 842. sqq.

*Ὁ μυθογράφος Αἴσωπος λαγὼν καὶ κύνα φέρει*
*ἀλλήλοις παίζειν θέλοντας, φιλίαν συνθεμένους.*
*ἐπεὶ δ' ἀσύμβατόν ἐστιν ὡς πρὸς φιλίας τύπον*
*κυνῶν γονὴ θηρατικῶν καὶ λαγωῶν τὸ γένος,*
*ποιεῖ τὸν κύνα τῷ δοκεῖν τὸν λαγωὸν συμπαίζειν*
*δάκνοντα τοῦτον συνεχῶς ἐν φιλημάτων τρόποις.*

Hanc autem fabulam Codicis Bodleiani auctor sic transformavit: *Κύων λαγωὸν διώξας ἐκράτησεν. καί ποτὲ μὲν ἔδακνε, ποτὲ δὲ σαίνων προςέχαιρε καὶ ἠφίη. καὶ ὁ λαγωὸς εἶπεν· εἰ μὲν φίλος εἶ, τί δάκνεις; εἰ δὲ ἐχθρός, τί σαίνεις οὐρήν;* Cf. Tyrwh. p. CLXXXII. ann. 36. coll. Schneid. Sax edit. p. 67.

Aesopi apologum idem Tzetzes servavit Chiliad. X, 756. sqq.

*Μύθοις Αἰσώπου φέρεται τρώγων τυρόν τις κόραξ·*
*λαβεῖν ποθοῦσα τὸν τυρὸν ἐκ τούτου, δὲ ἀλώπηξ*
*φέρεται τούτῳ λέγουσα, ὡς φρόνιμος εἶ κόραξ,*
*καὶ εἰ μεγέθης καὶ καλὸς καὶ πάντα τἆλλα φέρων,*
*ὅσα ὀρνέων ἔπρεπε κεκτῆσθαι βασιλέα,*
*φωνῆς μόνης στερίσκῃ δὲ καὶ λείπῃ βασιλείας.*
*ἀπατηθεὶς ὁ κόραξ δὲ τοῖς τῆς κερδοῦς ἐπαίνοις*
*βοᾶν τορὸν ἀπήρξατο, τὸν δὲ τυρὸν ἀφῆκεν.*
*ἡ δὲ λαβοῦσα τὸν τυρὸν μεθόδοις εὐμηχάνοις*
*ἀφῆκε τοῦτον ἄπρακτα λαβράζειν τε καὶ κρώζειν.*

Qua de fabula diverse exposita cf. Cor. p. 131. sq. Proxime accedit Gabrias:

*Τυρὸν κόραξ ἔδακνε· κερδὼ δ' ἠπάτα·*
*εἰ γλῶσσαν εἶχες, Ζηνὸς ἧς ὄρνις μέγας.*
*εὐθὺς δ' ὁ τοῦτον ῥίψεν· ἡ δ' αὐτὸν φάγεν.*
*ἔχεις κόραξ ἅπαντα, νοῦν κτῆσαι μόνον.*

Est vero alius apud eundem locus, quo Aesopi fabulas et Babrii apologos aperte distinxit: vid. Chiliad. XIII, 494. sqq.

*Τοῖς μύθοις τοῖς Αἰσώπου τε καὶ στίχοις τοῦ Βαβρίου*
*λέων καθεύδων πλάττεται, οὗ μῦς δραμὼν αὐχένι*
*ἐξ ὕπνου τοῦτον ἤγειρεν ἐντεθορυβημένον·*
*ἀλώπεκος γελώσης δέ, ὁ λέων ἀπεκρίθη,*
*οὐ μῦν πτοοῦμαι, τὴν δὲ ὁρμὴν ἐκτρέπω.*

Omnino Tzetzae temporibus fabularum collectionem pedestri sermone conscriptam increbruisse neque negarim neque affirmare iuvat. Babrii certe fabulam is ante oculos habuit, cuius fragmenta quaedam Suidas ascripto poetae nomine servavit s. vv. *Φριξότριχα*, *Φωλάδι*, *Παλαμναῖος*, quae sic dispone:

*Κοιμωμένου λέοντος ἀγρίης χαίτης*
*διέδραμεν μῦς· ὁ δὲ λέων ἐθυμώθη.*
*Φρίξας δὲ χαίτην, ἔκθορε φωλάδος κοίλης.*
*[Ὁ δ'] οὐχὶ τὸν μῦν εἶπεν, ἡ παλαμναία,*
*δέδοικα, μή μου τὴν δορὰν δάκοι φεύγων,*
*χαίτην δ' ἔμελλε τὴν ἐμὴν καταισχύνειν.*

Porro Babrii solius tam mentionem iniecit quam fragmentum excitavit Chiliad. XIII, 257. sqq.

*Οἱ παλαιοὶ ἀγύρται γάρ, ὥςπερ Βαβρίας γράφει,*
*ἐν μυθιάμβοις τοῖς χωλοῖς, οὐ τοῖς ἰάμβοις λέγω,*
*καὶ σὺν αὐτῷ καὶ ἕτεροι τῶν παλαιῶν καὶ νέων,*
*εἰς ὄνον θέντες εἴδωλον θεᾶς αὐτῶν τῆς Ῥέας,*
*τυμπάνοις περιήρχοντο τὰς κώμας προςαιτοῦντες,*
*μετ' ἐπᾳσμάτων καὶ ᾠδῶν, σελήνης ἀρχιμήνοις.*
*ἄκουσον καὶ Βαβρίου δέ τινων χωλῶν ἰάμβων·*
*Γάλλοις ἀγύρταις εἰς τὸ κοινὸν ἐπράθη*
*ὄνος τις οὐκ εὔμοιρος, ἀλλὰ δυςδαίμων·*
[interpone versus:] *ὅςτις φέρῃ πτωχοῖσι καὶ πανούργοισι*
*πείνης ἄκος δίψης τε καὶ κακὴν τέχνην.* [1])

1) Horum versuum Natal. Com. Mythol. l. IX, c. 5. copiam fecit.

Pergit Tzetzes: *Εἶτα παρελθὼν καὶ κατωτέρω λέγει·*

*οὗτοι δὲ κύκλῳ πᾶσαν ἐξ ἔθους κώμην*
*περιιόντες ἐλέγοντο·* [1]) *τίς γὰρ ἀγροίκων*
*οὐκ οἶδεν Ἄττιν λευκὸν ὡς ἐπηρώθη;*
*τίς οὐκ ἀπαρχὰς ὀσπρίων τε καὶ σίτων*
*ἁγνῷ φέρων δίδωσι τυμπάνῳ Ῥείης;*

His tandem quibus aptior locus inveniri non potuit absolutis, ad reliquos nos convertimus. Babrii nomen invenitur etiam „in Bibliotheca Coisliniana [2]) p. 574. in recensione Codicis CCCLXXI, qui S. Maximi opera quaedam Gr. continere dicitur, ab editis discrepantia." Nam ibi in cap. *β'*. inter auctores, ex quibus loci sunt exscripti, *Βαβρίου* nomen extat. Quibus adde Codicem Vindobonensem apud Fabr. Bibl. Gr. Tom. I. p. 634. Harl. Quos tamen Scholiastes in Aristoph. Pac. 152. excitavit versus, satis demonstrant eum Babrio usum esse. Non pari qua Boylius confidentia de Thucydidis Scholiaste in l. IV, 92, iudicium ferre iuvat, cum etiam ipse Tyrwhittus p. CCI. verba illa ad nostrum referre non conatus sit. Ultimo denique loco Ioannes Georgides incertae aetatis monachus nobis est commemorandus, qui ex Babrii apologis in Gnomologium suum pauca transtulit. [3])

Hactenus de Babrii aetate deque iis qui poetae apologos suum in usum transtulerunt explicavimus, quae commemoratione digna videbantur. Quodsi quis fabulatoris aetatem certis annorum finibus a nobis circumscribi velit, huic quidem plane satisfacere neque possumus neque, si possemus, audemus: omninoque satis habemus lectoribus copias potissimum ex veterum auctorum testimoniis proposuisse, unde de hac quaestione statui queat. His autem scriptorum tabulis accedit Babrianus sermo, quem doctri-

---

1) Sic cum Bentleio Tyrwhittus. *ἔλεγον* Tzetzes. — 2) Tyrwh. p. CLXXXIII. ann. 36. — 3) Boissonad. Anecd. Praef. p. VIII. „Illorum agmen ducit Ioannes Georgides, incertae aetatis monachus, cuius Gnomologium codice regio 1166 descripsi, bonae quidem illo notae, sed iis valde contaminato vitiis, quae iotacismus parere solet."

na magis quam usu quotidiano comparatum esse suspicamur. Tertium aetatis iudicium pendet a Babrii choliamborum usu, quod numerorum genus ..im post Ananii et Hipponactis auctoritates sub tempora Macedonica, quorum aequalis fuit Cercidas, [1]) maxime Alexandrinorum doctis studiis, [2]) quibus Callimachus [3]) Theocritus, [4]) Apollonius Rhodius [5]) inclaruerunt, resuscitatum fuerit, tam de Aeschrionis Samii, [6]) Phoenicis Colophonii, [7]) Herodis, [8]) Parmenonis

---

1) Vide Meinekium in Abhandl. d. K. Akad. d. Wiss. zu Berl. Historisch - phil. Klasse p. 91. sq. Cercidae choliambum servavit Athen. XII, p. 554, D. — 2) Naek. in Choeril. pp. 195. 227. Bergk. in Anacr. fragm. p. 229. — 3) Cf. Callim. fragm. LXXXIII—XCVIII. — 4) 'Επίγραμμα εἰς Ἱππώνακτα κά. — 5) Cf. Aug. Weichert über d. Leb. u. Ged. d. Apollonius Rhodius p. 95. sq. 6) Cf. Athen. VIII, p. 335, B. VII, 296, E. coll. Eustathio p. 271, 27. Tzetz. apud Ruhnk. in Longin. III, 2, p. 236. coll. Naekio in Choeril. p. 189. sqq. Addend. p. 271. sqq. Tzetz. Chiliad. VIII, 405. Quid statuendum de Schol. Venet. in Iliad. λ', 239. p. 310, 45. Bekk. λίς· ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ὀξύνει, ὁ δὲ Αἰσχρίων περισπᾷ· ὡς γὰρ παρὰ τὸ μῦς μῦν, φησί, καὶ νοῦς νοῦν, οὕτως καὶ λῖς λῖν· „ἐπί τε λῖν ἤγαγε δαίμων.“ (480.) καὶ ἔστι συγκατατίθεσθαι τῷ Αἰσχρίωνι, ὅτι μᾶλλον ὀφείλει περισπᾶσθαι. —? Aeschrionis mentio recurrit apud Schol. in Euripid. Troad. 225. Ὁ δὲ Αἰσχρίων φησίν, ὅτι ἐν Πελοποννήσῳ ἦν Κρᾶθις καλούμενος ποταμός, ὃς ἐποίει τὰς κόμας ξανθὰς τῶν λουομένων. „Quod poeseos genus, ut Aeschrionis exemplo demonstratum est . . . . renatum est et secundam aetatem vixit Alexandri Magni saeculo. Cui aetati Alexandrinos poetas adiungere, vel, si quis hoc malit, tertiam aetatem distinguere licebit. Fuit autem hoc prorsus consentaneum Aeschrionis, Phoenicis aliorumque tempori, ne Alexandrinos commemorem, et consentaneum fuit illorum temporum indoli, ut ad choliambos redirent: in quo carminis genere primorum auctorum antiquitas et paucitas et metri forma singularis atque insolens mirifice delectare debuerunt animos taedio celebratiorum poeseos generum captos et ad nova quaeque arrectos. Itaque in hac poesi cum Aeschrione elaborarunt alii.“ Naekius in Choeril. p. 195. — 7) Cf. Athen. VIII, p. 359, E—360, A. coll. Ilgenii Opusc. Varr. Philol. Tom. I, p. 169—172. Athen. XII, p. 530, E. X, p. 421, D. XI, p. 495, D. E. Egregia sunt, quae disseruit Naek. in Choeril. p. 227. „In dictione Phoenicis quum quaedam sint, quae aut valde antiquum poetam aut longe recentiorem, antiquorum imitatorem prodant, sunt rursus alia, et versuum fabricatio cernitur talis, ut poetam agnoscamus recentiorem, antiquitatis affectatorem, qui cho-

Byzantii, [1]) Hermiae Curiensis, [2]) Charini, [3]) Incerti Poetae [4]) in Schol. Venet. p. 226, a. Bekk. quam de Babrii aetate facile coniectura potest existimari.

---

iamborum genus, dudum sepultum, suscitare satis prospero successu studuerit. Deinde, in qua re aliud aetatis indicium pono, apud inventores huius metri rerum non tam mira varietas fuit, quam apud Phoenicem fuisse ex Athenaeo intelligitur. Qui poeta quum ante omnia hoc haberet propositum, ut scazontes faceret, in delectu rerum non videtur anxius fuisse. Haec observatio fortasse et in Aeschrionem cadit. Altera parte quo minus ad nimis sera tempora detrudamus Phoenicem, iterum obstat scazontis, qua usus est, forma aliquanto, quam apud Callimachum, licentior. Haec igitur omnia in aetatem inter antiquos poetas et Alexandrinos mediam, sed his longe, quam illis propiorem conveniunt. Et huic aetati Phoenicem Colophonium assignat praeclaro testimonio Paus. lib. I. p. 23, c. I. ὡς Φοίνικα ἰάμβων ποιητὴν Κολοφώνιον θρηνῆσαι τὴν ἅλωσιν." — 8) Cf. Stobaeus T. 74, 14. 78, 6 (coll. Interpp. in Poll. IX, 123.), 98, 28. 116, 18. 21. 22. 24. Athen. III, 86, B. Etym. Magn. p. 411, 41. Quibus adde Ruhnk. in Hist. Crit. Orat. Graec. disputationem, Opp. Tom. 1, p. 372. ed. Friedem. Fortasse adiungendus est Athenaei locus I, p. 19, A. Ἡρόδοτος δὲ ὁ λογόμιμος, ὥς φησιν Ἡγήσανδρος καὶ Ἀρχέλαος ὁ ὀρχηστὴς παρὰ Ἀντιόχῳ τῷ βασιλεῖ μάλιστα ἐτιμῶντο τῶν φίλων. Accedit Casaub. Annott. in Athen. p. 48, 35. „Herodotus ὁ λογόμιμος videtur esse is, qui in Stobaei libris Herodes dicitur, auctor mimiamborum: de quo etiam accipiunt doctissimi viri versus istos Terentiani Mauri, de scazonte Hipponacteo loquentis v. 2416. sqq.

*Hoc mimiambos Matius dedit metro;*
*nam vatem eundem est Attico thymo tinctum,*
*pari lepore consecutus et metro.*

Videtur, inquam, ita esse: nihil tamen ausim affirmare; nam apud Stobaeum constanter variis locis Herodes iste ἡμιάμβων, non autem μιμιάμβων auctor dicitur; emendationem vero eruditissimorum hominum μιμιάμβων pro ἡμιάμβων rescribentium suspectam facit, quod non Herodis solum ἡμιάμβους laudant veteres, sed etiam aliorum poetarum, ut Cercidae Stobaeus idem Tit. 56, 10. Promathidae Athenaeus VII. 296, B." Quibus adde Scaligerum in Varron. p. 49. Bip. Contra Causaub. cf. Meinek. l. l. p. 96; nam de Athenaei quoque scriptura adhuc dubitamus.

1) Cf. Athen. III, 75, F. V, 203, D. V. 221, A. Stephan. Byz. s. v. Βουδινοί. „Eadem [Aeschrionis] aetate, nisi coniectura fallit, floruit Parmeno Byzantius." Naek. in Choeril. p. 195. Meinek. in Cur. Critt. p. 25. Nescio cui aetati assignem Parmenonem qui Athenaeo teste XII, 500. B. περὶ διαλέκτου scripsit. — 2) Cf. Athen. XIII,

# CAPUT III.

## *De Codicibus et praesidiis, unde litterae Babrianae pendent.*

Inter Codices qui Babrii servarunt fabulas integras, primum locum Vaticani obtinent, quorum de numero nihil certi ab eo traditum, qui apologos Babrianos ex iis publici iuris fecit.[1]) Verumtamen ex ea farragine, quae apud Furiam p. 142—156. extat, ut haud exiguum fabularum numerum Babrio vindicemus, tam metro quam

---

563, D. et Naekii de poetae aetate iudicium in Choeril. p. 195. Item Hermiae mentionem fecerunt Schol. Venet. in Iliad. π', 207. p. 449, A, 5. Bekk. ταῦτα: ἐπὶ τὴν τα συλλαβὴν ὀξεῖα· ἐγκλητικὴ γάρ ἐστιν ἡ μέ· ταῦτά με ἀγειρόμενοι. οὕτω καὶ Ἀρίσταρχος. ὁ μέντοι Κρατήτειος Ἑρμείας τὸ ἅμα λέγει ἐγκεῖσθαι. — 3) Cf. quattuor poetae choliambos apud Ptolem. Hephaest. VII, p. 338. ed. Gale, excitatos ab Gaisfordo post Hephaest. p. 257. — 4) Cf. Schol. Venet. in Iliad. ι, 539; p. 266, A. 37. Bekk. χλούνην: οἱ μὲν ἀφριστήν· χλουδεῖν γὰρ τὸ ἀφρίζειν τινὲς Δωριέων ἔλεγον. ἄλλοι δὲ κακοῦργον· καὶ γὰρ τῶν ἀρχαίων ἰαμβαποιῶν τινα φάναι: ἀνὴρ ὅδ' ἑσπέρης καθεύδοντα ἄπουν ἔδησε χλούνην. quem locum Hermannus in Dissert. de Aeschyli Lycurgia p. 9. sic refinxit:

— — — Ἄνδρα ὅδ' ἑσπέρης καθεύδοντα
ἄπ' οὖν ἔδυσε χλοῦνις.

Ipse tamen sic ad numeros revocarim:

— — Ἀνὴρ ὅδ' ἑσπέρης καθεύδοντα
ἄπουν ἔδησε * * * * * χλούνην.

1) De Codicibus, quorum neque numerum neque argumenta litteris assignavit Furia haec tradidit p. XL. „Uberrimam autem et nunquam editam Fabularum seriem Bibliothecae Vaticanae Codd. suppeditarunt, quarum exemplar Caietanus Marinius, illius Bibliothecae Custos Primus, et Hieronymus Amatus amicissime transmiserunt. Dolendum tamen, horum Codd. scriptorem adeo imperitum atque rudem fuisse, ut fere nulla in iis verba mendis careant, ut ex fidelissimo Amati apographo apparet. Codd. itaque Vaticanorum lectionem sarcire saepissime necesse fuit; opus mehercle plenum aleae periculosae: in quo, licet omnis cura atque diligentia adhibita fuerit, non tamen ad unguem perfectum et castigatum dici potest.“ De quibus coniecturis, cum earum nullam ferme rationem Furia reddiderit, quanti in Babrii fabulis refingendis emolumenti fuerint, penes alios iudicium esto.

Suidae testimonio adducimur. Documento sit Suidas s. v. *Ἀμᾶν· θερίζειν, παρὰ τὸ ἅμα σπᾶν. Βάβριος·*

*Νῦν ἐστιν ὄντως, παῖδες, ἐκ τόπων φεύγειν,*
*ὅτ' αὐτὸς ἀμᾷ, κοὐ φίλοισι πιστεύει.*

Verba desumpta sunt ex fabula, quae inscribitur *Χαραδριὸς καὶ αὐτοῦ Παῖδες*, CCCLXXIX. Fur.; nam quae doctus Italus pedestri sermone voluit incedere, sic in metra sunt distribuenda:

*Νῦν ἐστιν ὥρη, παῖδες, ἀλλαχοῦ φεύγειν,*
*ὅτ' αὐτὸς αὐτῷ, κοὐ φίλοις * πιστεύει.*

Novissimus in Vatt. Codd. versus mendo est inquinatus, eorumque tam in primo quam in altero scriptura discrepat; sed de his cum ad Suidam perventum erit ampliora dabimus. Eandem ad fabulam pertinet fragmentum apud Suidam s. v. *Λόφος· γῆς ἀνάστημα ἢ περικεφαλαία.*

*Καὶ παῖδας εἶχε ληίου κόμη θρέψας,*
*λοφῶντας ἤδη καὶ πτεροῖσιν ἀκμαίους.*

Unde Vaticanorum scripturam tam mendis quam lacuna affectam apparet sic in numeros esse distribuendam:

*Καὶ παῖδας * ληίου κόμαις θρέψας,*
*λοφῶντας ἤδη καὶ πτερίσιν* (sic) *ἀκμαίους.*

Idem Lexicographus s. v. *Νεός· ἡ νεωστὶ ἠροτριασμένη γῆ*, tacito scriptoris nomine Babrii fragmentum affert:

*Καί τις γεωργὸς πυρὸν εἰς νεὸν σπείρας*
*φύλασσεν ἑστώς.*

Quod contra Coraae auctoritatem (p. 106.) refero ad fabulam *Γεωργός, Παῖς καὶ Κολοιοί*, CCCLXXIV. Fur.

*Καί τις γεωργὸς ἐν κλήρῳ πυροὺς σπείρας*
*ἐφύλαττεν ἑστώς.*

His etiam in versibus Vaticani vitiis scatent. In fabula *Ὀρνιθοθήρας, Πέρδιξ καὶ Ἀλεκτορίσκος*, CCCLXIX. Fur. choliambos recondunt verba depravata:

*Ὁ δ' ἐκ τοῦ τέγους κλαγγὴν εἶπε φωνήσας·*
*πόθεν μαθήσεις, πόσον εἰς ἕω λείπει,*
*τὸν ὡρομαθῆν ἀπολέσας; — —*

Vitiorum pars elui poterat iis quae Suidas allegat non sine mendis s. v. Πέταυρα· τίγγα. Βάβριος·

Ὁ δ' ἐκ πετaύρου κλαγγὸν εἶπε βοήσας·
πόθεν μαθήσῃ, πόσσον εἰς ἕω λείπει,
τὸν ὡρονόμον θύσας με;

Haec igitur exempla probando sufficiant Vaticanae collectionis auctorem Babrio usum esse vel potius abusum: nimirum ea est in istis Codicibus numerorum depravatio, ut liberalius plane idque periculosissimum emendandi genus requirant. Est tamen fabularum quaedam particula, in qua pauciora qui eas transcripsit suo Marte novavit: huic annumeramus fabb. CCCLI, CCCLV, CCCLVIII, CCCLX, CCCLXIII, CCCLXIV, CCCLXV, CCCLXVI, CCCLXVII, CCCLXVIII, CCCLXIX, CCCLXXIV, CCCLXXVIII, CCCLXXIX. Nam longe superat earum narrationum cumulus, ex quibus disiecta tantum membra poetae licet colligere, velut CCCLVI, coll. Suida s. vv. Ἀχαιίνη, Πανθοίνην, Δάπτω, Νεβρείην καρδίαν, Νεβρός; omninoque plurimis locis Babriani sermonis flos et lepor est decerptus, velut fab. CCCL, coll. Suida s. v. Παιάν et Αὐήνας. Itaque de priore genere pluribus disseremus, cum alterum istud parum nos iuvet. Iam illuc vitia partim ex eo irrepsisse arbitramur, quod ii qui secundum ordinem litterarum digestas fabulas consarcinarunt, poetae verba loco suo depellerent: ut documento est quae inscribitur Βοῦς καὶ Φρῦνος, CCCLXXVIII, Fur., cuius primum versum:

Φρύνου γέννημα συνεπάτησε βοῦς πίνων

quis patienter ferat? quin transponimus cum C. Schneidero:

Γέννημα φρύνου συνεπάτησε βοῦς πίνων.

Porro fabulae apud Furiam CCCLXV. qua fingitur Ἑρμῆς γράφων ὀστράκῳ τὰς ἁμαρτίας, hoc est initium: Ὀστράκῳ γράφοντα τὸν Ἑρμῆν ἁμαρτίας ἐκέλευσεν ὁ Ζεὺς εἰς κιβωτὸν ταύτας σωρεύειν. Quibus ex verbis primum versum Buttmannus restituit:

Ζεὺς ὀστράκοις γράφονθ' ἁμαρτίας Ἑρμῆν.

Atque vereor, ne eodem studio fab. CCCLXXIV.

initium: *Πλειάδος δυσμαὶ ἦσαν σπόρου ἐν ὥρῃ* sit corruptum. Maximum tamen vitiorum numerum profectum esse vel a librariorum incuria vel ab eorum temeritate qui poetae versus ad pedestrem sermonem revocarunt ex annotationibus nostris liquebit. Babrio vero ex Vaticanis has fabulas vindicamus:

| | |
|---|---|
| I. | *Φοῖβος καὶ Ζεύς*, CCCLI. |
| II. | *Γαλῆ συλληφθεῖσα*, CCCLV. |
| III. | *Λέων καὶ Ἀετός*, CCCLVIII. |
| IV. | *Λύκος καὶ Ἀλώπηξ*, CCCLX. |
| V. | *Δηχθεὶς ἀπὸ Μύρμηκος καὶ Ἑρμῆς*, CCCLXIII. |
| VI. | *Ὁδοιπόρος καὶ Ἀλήθεια*, CCCLXIV. |
| VII. | *Ἑρμῆς γράφων ὀστράκῳ τὰς ἁμαρτίας*, CCCLXV. |
| VIII. | *Οἶς πρὸς Νομέα καὶ Κύων*, CCCLXVI. |
| IX. | *Ὄνος καὶ Κυνίδιον*, CCCLXVII. |
| X. | *Ὄνος παίζων*, CCCLXVIII. |
| XI. | *Ὀρνιθοθήρας, Πέρδιξ καὶ Ἀλεκτορίσκος*, CCCLXIX. |
| XII. | *Γεωργός, Παῖς καὶ Κολοιοί*, CCCLXXIV. |
| XIII. | *Βοῦς καὶ Φρῦνος*, CCCLXXVIII. |
| XIV. | *Χαραδριὸς καὶ αὐτοῦ Παῖδες*, CCCLXXIX. |

Secundo loco Codex Vossianus est reponendus, qui quas choliambicas servavit fabulas, earum priorem sub inscriptione *Μύρμηξ καὶ Τέττιξ* publicavit Valckenarius Schediasmate de Hygini fragmento Dositheano in Miscell. Observv. Critt. Vol. X, Tom. I, p. 122, eamque de vulgari sermone in numeros redegit. Alteram ex eodem Codice fabulam, *Κώνωψ καὶ Ταῦρος*, Tyrwhittus apographum ab Valckenario nactus Babrio vindicavit. [1]) Superest ut de Vossiano quaedam commemorem, ut cuius de aetate in diversas sententias abierint qui eum versarunt. Nam cum Valckenarius [2]) et Roeverus [3])

1) Cf. Tyrwh. p. CXCIII. — 2) L. l. p. 109. „Re tandem diligentius explorata, vix dubito, quin Vossianus Codex DCCCC. annorum antiquitate sit commendabilis saec. VIII. sive IX. conscriptus, et quidem a librario Latino, qui, dum Graecas litteras scienter pingere didicerat, linguae inscius fuit et rudis. Graecae voces mirabiliter mendosae eiuscemodi passim vitiis scatent, quae difficulter emaculari possent absque Latinae versionis subsidio, si Grae-

saeculo vel octavo vel nono ineunte eum conscriptum esse iudicassent, ab his aliquantum discessit Geelius[1]) apud Boeckingium, qui saeculi undecimi initio antiquiorem esse negavit. Idem liber praeter duos quos laudavimus apologos, XVI. pedestri sermone conscriptos exhibet, quorum primum de Cervo cum novissimo de Mure rustico et urbano Valckenarius l. l. p. 120—122. edidit. Universam fabularum materiem primus Ed. Boeckingius l. l. p. 25—28. prodidit.[2])

Tertium post hos obtinet locum Codex Bodleianus,[3]) cuius ope tum fabulam CXXXXI. quae fertur Πάρδαλις καὶ Ἀλώπηξ, tum magnum fragmentorum numerum Babrio Tyrwhittus restituit, quae sive inscientiae

---

ca spectes, paucissimis mendis inquinatae; unde facile dignosci potest, uter sermo calligrapho fuerit nativus, Graecus an Latinus. — 3) In libro: Fragmentum veteris ICti de iuris speciebus et manumissionibus, quod servavit Dositheus Magister in Exercitationibus Graeco-Latinis. Lugd. Batav. 1739. 8.

1) In litteris ad Boeckingium scriptis p. XV. „Je ne les porte absolument pas au delà du commencement du XIème siècle.“ — 2) Vide Valckenarii de his fabulis iudicium p. 115. „In Vossiano fabulae occurrunt XVIII. ab illis, quae vulgo sub Aesopi nomine circumferuntur longe diversae, quaeque eorum sententiam, qui has Planudae deberi censuerint, minime labefactent.“ — Fabulae, quas continet, Aesopiae non sunt invenustae, et ab homine Graece scientissimo conscriptae, raro a Dositheo interpolatae, sed ab eodem in Latinum sermonem versae.“ — 3) Tyrwh. p. CLXI. ann. 2. „Exemplar nostrum in Catal. Bibl. Bodl. n. 2906. in codice plures alios tractatus continente describitur sub titulo mendoso „Apologi varii Gr.“ adeoque in Indicem sub nomine Aesopi, ut debuit, non relatum est. In MSto tituli loco occurrunt haec verba, quae scriptor fortasse posuit pro versu iambico: Αἴσωπος εὗρε τοῖς μύθοις πρᾶξιν βίου.“ et p. CLXXV. „ — satis manifestum est, collectionis Bodleianae auctorem (quisquis fuerit quocunque tempore vixerit,) Babrii librum (fortasse integrum) ante oculos habuisse, et ex illo fabellas plurimas sibi descripsisse, quae in aliis collectionibus aut non omnino, aut saltem diverse, leguntur. Casune, an de industria, tot Babrii fragmenta prosae suae immiscuerit, non liquet. Mihi profecto verisimilius videtur hoc festinationi et inscitiae tribui debere, cum non in promptu esset verborum copia, quibus sensus Babriani sermone pedestri exprimerentur; nam scriptorem nostrum elegantiae ullatenus studuisse ut credam, prohibent complures fabulae stylo misero et ieiuno exaratae, in quibus ne minimam ni-

sive festinationi eius qui Bodleianam collectionem confecit, debemus.

Quarto loco commemoratione dignus est Codex Harleianus,[1]) ex quo desumpta est fabula: Ζεὺς καὶ Ἐλπίς, quam primum idem edidit Tyrwhittus in Auctario ad Orph. περὶ λίθων conscripto.

Restat tandem ut unius Babrii fabulae mentionem faciamus, quae quamquam in omnium conspectu posita, plerumque tamen non ad Babrium est relata, sed ultimum inter Gabriae tetrasticha obtinuit locum: apologum dico de Luscinia et Hirundine compositum. Verum tamen ante Neveletum[2]) Editor Basileensis collectionis A. 1616.[3]) vidit.

In coenobio Grotta Ferrata Codex Aesopi a P. Romolino inventus esse dicitur, in quo Harlesio[4]) teste „postremo veniunt fabulae XXX. versibus iambicis, vel potius scazontibus (procul dubio, Babrii) concinnatae, hoc titulo: *Τῶν Αἰσώπου μύθων ἴαμβοι.*" Hoc aut verum est aut non; nos interim diffidimus, licet Schwabius in Phaedr. Vol. I. p. 160. cum Harlesio sentiat. Neque magis iuvat quod Palatinus Neveleti quintus, quem interdum cum Codice R. Stephani Regio conspirantem invenimus, fragmenta Babrii vel servavit vel videtur servasse; id quod etiam in Augustanum et Florentinum Aesopi librum licet transferre. Summopere

---

toris Babriani scintillam elucere sivit; prohibent etiam locutiones multae absurdae et barbarae, quas ex sua penu per totum opus imperitissime dispersit."

1) Tyrwh. p. CCII. „— thesaurum prorsus insperatum — detexit, mihique amicissime obtulit Samuel Musgrave; fabulam scilicet Babrii integram. — Hanc igitur, ut in MSto Harleiano, n. 3521, inter adversaria viri cuiusdam docti, sed ignoti, reperta est typis exprimendam — curavi." — 2) Ann. p. 642.: Est haec fabula sola, quae Babriam [Babrium] redoleat antiquum. — 3) Vide Annott. in fab. I. — 4) Harless. in Fabr. Bibl. Tom. I. p. 635. In eodem codice Aesopi extat vitae descriptio ab illa Planudae vulgo tributa discedens, quae his incipit verbis: *ὁ πάντα βιοφελέστατος Αἴσωπος, ὁ λογοποιός*, quae ex parte cum glossa marginali Codicis Florentini (cf. Fur. p. XI. ann.) conspirant: *Ὁ κατὰ πάντα τὸν βίον γενόμενος βιωφελέστατος Αἴσωπος.*

enim, ut ille ait, cavendum est ne pro Iunone nubem amplectamur.

Inter eos autem qui Babrii et nomen et fragmenta ad nostram pertulerunt aetatem, Suidas primas occupat sedes, de cuius fide in auctorum locis laudandis cum universe inter doctos viros constet, pauca tantum quae ad Babrium attinent exponere nobis in animo est, quo facilius perspiciatur, utrum Vaticanis an Suidae maior debeatur auctoritas. Nam felici quodam fortunae casu contigit, ut ex iis fabulis, quae in Codd. Vatt. extant, Suidas in suum Lexicon fragmenta transtulerit. Quocirca scripturam utrorumque ad diiudicandum componemus:

*Καὶ παῖδας * ληίου κόμαις θρέψας*
*λοφῶντας ἤδη καὶ πτερίσιν ἀκμαίους.*

Vatt. fab. CCLXXIX. Fur. Suidas vero s. v. *Λόφος*·

*Καὶ παῖδας εἶχε ληίου κόμῃ θρέψας*
*λοφῶντας ἤδη καὶ πτεροῖσιν ἀκμαίους.*

Quibus in versibus Suidae ratio longe est Vaticanorum probabilior; si quidem isti librariorum incuria et *εἶχε* neglexerunt et vitio *πτερίσιν* scripsere. In eadem fabula vv. 18, 19. Vaticani:

*Νῦν ἔστιν ὥρη, παῖδες, ἀλλαχοῦ φεύγειν,*
*ὅτ' αὐτὸς αὑτῷ κοὐ φίλοις * πιστεύει.*

Haud dissimiliter Suidas s. v. *Ἀμᾶν*:

*Νῦν ἔστιν ὄντως, παῖδες, ἐκ τόπων φεύγειν,*
*ὅτ' αὐτὸς ἀμᾷ κοὐ φίλοισι πιστεύει.*

In v. 18. sane probandi sunt Vaticani; nam equidem *ὥρη* et *ἀλλαχοῦ* spretis *ὄντως* et *ἐκ τόπων* retinuerim. Nimirum Suidas in iis quae ad rem suam facere vidit transcribendis diligens fuit et accuratus; in secundariis tamen et alienis saepissime negligentem se praebuit, nisi forte partem culpae in librarios coniicere licet. Iccirco propemodum adducor, ut v. 19 *ἀμᾷ* pro *αὑτῷ* in verborum contextum recipiam. Nam illa Vaticanorum scriptura aut ab errore profecta est aut ab lectoribus qui ne-

scio quid lepidi verborum *αὐτὸς αὐτῷ* coniunctioni subesse sibi persuaderent. Extat Babrii fragmentum s. v. *Νεός*:

*Καί τις γεωργὸς πυρὸν εἰς νεὸν σπείρας*
*φύλασσεν ἑστώς.*

Integra est fabula CCCLXXIV. in Vaticanis, quae sic secundo versu:

*Καί τις γεωργὸς ἐν κλήρῳ πυροὺς σπείρας*
*ἐφύλαττεν ἑστώς.*

At vide quanto facilius apud Suidam numeri procedant! Itaque tam hac in fabula quam in reliquis isti Codices interpolantium manus haud levi ratione experti sunt. Ipsi tamen exemplis a Suida laudatis edocti in apologis refingendis probabiliora sectati sumus. Lexicographus autem poetae versibus suam in rem usus est s. vv.:

*Ἀκταίη.*
*Ἀμᾶν.*
*Ἄνωθεν.*
*Ἄρκος.*
*Ἆσθμα.*
*Ἄτολμοι.*
*Αὐήνας.*
*Ἀχαιίνη.*
*Βαθύστρωτος κοίτη.*
*Βληχώδης.*
*Βουκολήσας.*
*Γέρανος.*
*Γομφίους.*
*Δάπτω.*
*Διάργεμοι.*
*Δώρα.*
*Ἑκάστοτε.*
*Ἔκθορεν.*
*Ἐκτόπως.*
* *Ἐναφῆκαν.*
*Ἐρωτῶ.*
*Ἐν τῷ μέρει.*
*Ἕωλα.*
*Εὖλαι.*
*Ἠίων.*
*Ἦρα.*
*Καμειραία ἰσχάς.*
*Καρχαρόδους.*
*Κνηκίας.*
*Κωλώτης.*
*Κωμῆται.*
*Κωτίλλω.*
*Κρίμνον.*
*Λόφος.*
*Λύγδινα.*
*Νεβρείην καρδίην.*
*Νεβρός.*
*Νέμεσις.*
*Νεός.*
* *Νῦν σωθείην.*
*Ὀκλαδίας.*
*Ὀνεία.*
*Ὄτλος.*
*Ὦνον.*
*Παλαμναῖος.*
*Πανθοίνην.*

Παιάν.
Πέταυρα.
Πίθηκος.
Πρίων.
Πυρίνῳ σίτῳ.
Πυῤῥίχαις.
Ῥωγαλέον.
* Σάγη.
Σίσυρα.
Σωράκους.
Σπήλυγξ.
Στελεόν.
Ταναγραῖοι ἀλεκτορίσκοι.
Τἀπίχειρα.
Τιττυβίζετε.
Τριγχός.
Τρώγλη.
Οἴναρα.
Φωλάδι.
Φρήτρα.
Φριξότριχα.

Babrii fragmentum paulo longius nescio unde sumpserit Natalis Comes Myth. IX, c. 5. nam duobus versibus auctius ipse protulit, quam Tzetzes qui septem poetae choliambos Chiliad. XIII, 264. inseruit. Paucos scazontes Etymologici Magni Auctor s. vv. Ὄμφαξ et Πεπρωμένον excitavit. His adiungimus Apollonium Sophistam s. v. Ἄειδε et Iulianum Epist. LIX. Duos versus Aristophanis Scholiastes in Pacem 152. transcripsit, qui tamen a Suida s. v. Βουκολήσας sunt repetiti. Quae vero Scholiastes in Thucyd. IV, 92. ἐκ τῶν τοῦ Αἰσώπου μύθων laudavit verba, ea ad Nostrum referre dubitamus. Nam quos Ioannes Georgides in Gnomologio apud Boiss. in Anecd. Vol. I. pp. 9. 17. 31. 43. 48. 58. 67. 90 ad Babrium rettulit versus, eorum vix unum et alterum a poeta profectum esse vel primus oculorum obtutus docet, cum ipsum metrum, ut de dictione taceam, maximam illorum partem spuriam esse vincat.

# CAPUT IV.

## *Fabulae integrae.*

### Fabula I.

Ἀηδὼν καὶ Χελιδών.

*Ἀγροῦ χελιδὼν ἐξεπωτήθη μακράν·*
*εὗρεν δ' ἐρήμοις ἐγκαθημένην ὕλαις*
*ἀηδόν' ὀξύφωνον· ἡ δ' ἀπεθρήνει*
*τὸν Ἴτυν ἄωρον ἐκπεσόντα τῆς ὥρης.*
*χὴ μὲν χελιδών φησι φιλτάτη ζώοις,*
*πρῶτον βλέπω σε σήμερον μετὰ Θρᾴκην·*
*ἀλλ' ἔλθ' ἐς ἀγρὸν καὶ πρὸς οἶκον ἀνθρώπων.*
*σύσκηνος ἡμῖν καὶ φίλη κατοικήσεις,*
*ὅπου γεωργοῖς κοὐχὶ θηρίοις ᾄσεις.*
*τὴν δ' αὖτ' ἀηδὼν ὀξύφωνος ἠμείφθη·*
*ἔα με πέτραις ἐμμένειν ἀοικήτοις,*
*οἶκος δέ μοι πᾶς ἥ τε μῖξις ἀνθρώπων*
*μνήμην παλαιῶν συμφορῶν ἀναφλέξει.*

Hanc de Luscinia et Hirundine fabulam, quae diu inter Gabriae tetrasticha ultimum obtinuit locum, ad Babrium referendam esse, Neveletus iam perspexit, annott. p. 642. „Est haec fabula sola, quae Babriam redoleat antiquum. Iam ante Neveletum in editione Basileensi: Aesopi Phrygis Fab. Gr. et Lat. cum aliis quibusdam opuscc. A. 1616. ab editore mihi ignoto ascriptum: Gabriae Graeci fabellae tres et quadraginta, ex trimetris iambis, praeter ultimam ex scazonte, tetrastichis conclusae. Extat apud Tyrwh. p. CLXXXIX. Teucher.

post Anton. Lib. p. 215. Herder. Opp. omn. Tom. XX. p. 66. nov. ed. et Cor. p. 90. qui annotavit: τὸν δὲ μῦθον τοῦ Βαβρίου φασὶν εἶναί τινες, οὗ καὶ ἕτερον ἀποσπασμάτιον φέρεται παρὰ τῷ Σουίδᾳ (λέξ. Τιττυβίζετε) τοδί·

Ταύτης ἀκούσας μικρὰ τιττυβιζούσης.

Sed ut metrum iubet fabulam Babrio vindicari, ita fragmentum istud ne ad hanc referatur fabulam vel linguae leges intercedunt. Vide praeterea Schneid. S. p. 122. fab. XIV. Berg. I, 1. Seorsum de hac fabula exposuerunt Brunckius Anall. Tom. III. p. 311. (quem non debebam inter eos recensere p. 7. qui Babriam poetam nominarint, cum ille Gabriam dixerit.) Westonus Hermesian. p. 80. ed. Lond. 1784.

Quantam haec fabula iacturam fecerit eorum culpa, qui pedestrem in sermonem redegerunt, docet expositio tam breviata quam interpolata apud Neveletum p. 213. fab. 152. Ἀηδόνι συνεβούλευε χελιδὼν τοῖς ἀνθρώποις εἶναι ὁμόροφον καὶ σύνοικον ὡς αὐτή. ἡ δὲ εἶπεν, οὐ θέλω τὴν λύπην τῶν παλαιῶν μου συμφορῶν μεμνῆσθαι καὶ διὰ τοῦτο τὰς ἐρήμους οἰκῶ· ἡ μὲν χελιδὼν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἀνθρώπων παρεικάζεται· ἡ δὲ ἀηδὼν τοῖς φιλερήμοις κατὰ τὸν θεὸν μονάχοις, οἵτινες τῷ κόσμῳ ἔφυγον. Sed ut epimythium omittam, novissimum additamentum et dictionis indoles fabulae prosaicae auctorem satis iam produnt. Cf. qui de monachorum commemoratione disputarunt Bentleium de fab. Aes. c. VI. p. CXLIII. et Coraen p. 419.

1. μακρὰν ἐξεποτήθη vulgata fuit lectio ante Tyrwhittum, qui ἐξεπωτήθη refinxit, quod mox comprobabimus. Residet tamen in versu corruptela, quam spondeus quarto loco positus recondit, vid. Annott. in fab. III, 1. Mihi veri simillimum videtur ut verborum ordinem permutemus:

Ἀγροῦ χελιδὼν ἐξεπωτήθη μακράν.

Ut vero haec prae ceteris placeret medela factum est quia aegre Nostro μακρὰν illud eripi patiar, quod genitivo iungi docuit Iacobsius in Achill. Tat. p. 730. Superest ut in numerorum ratione reddenda spondeum commemorem, quem in quinta sede choliamborum au-

ctoribus concessit Hephaestio p. 31. Gaisf. ἔσθ' ὅτε καὶ σπονδεῖον [ὁ χωλίαμβος δέχεται], ὅτε καὶ τραχύτερον γίνεται·

*Εἰς ἄκρον ἕλκων, ὥςπερ ἀλλᾶντα ψύχων.*

[Versus Hippon. vide in fragm. XXXIV. Welck.] coll. Schol. p. 169. Gaisf. Ἰσχιοῤῥωγικοὺς eiusmodi versus, quorum Ananius inventor perhibetur, dictos esse, Auctor anonymus de metris in MS. Harleiano 5635. testis est apud Tyrwh. de Bab. p. CLXX, n. 18.: τὸ παλαιὸν Ἰαμβικὸν διαιρεῖται εἰς τὸ κωμικόν, τραγικόν, σατυρικόν, τὸ Ἱππωνάκτειον τὸ καὶ χωλόν, τὸ τοῦ Ἀνανίου τὸ καὶ ἰσχιοῤῥωγικόν. Τοῦ δὲ Ἀνανίου proprium est τὸ ἀπὸ τοῦ τετάρτου ποδὸς μέχρι τέλους πέντε συλλαβὰς ἔχειν, καὶ ταύτας μακράς· διὸ καὶ ἰσχιοῤῥωγικὸς ὁ στίχος οὗτος λέγεται, διὰ τὸ μὴ κατὰ τὸ τέλος πάσχειν τὴν χώλευσιν (χώλανσιν MS. Bernens.), ὡς ὁ τοῦ Ἱππώνακτος, ἀλλ' ἀνωτέρω ἀπὸ τῆς τετάρτης χώρας. Eadem fere Hermannus Elem. D. M. p. 142. ex MS. Bernensi dedit, nisi quod ibi δευτέρου relictum pro τετάρτου, quod vitium notissimo errore subnatum. Hanc metri licentiam Hipponactem sibi indulsisse loci docent ab Welckero in Hipp. p. 45. laudati; nec Theocritus spondeum eo loco positum reiecit, vid. Epigr. in Hipp. κά, 1, 2. neque Babrius istam veniam recusavit, cf. fab. V, 21. fragm. XV, 4. Terentiani igitur Mauri de spondeo praeceptum haud scio an ad Graecorum usum omnino valeat v. 2408.:

Quare cavendum est, ne licentia sueta
spondeon, aut qui procreantur ex illo
dari putemus posse nunc loco quinto,
ne deprehensae quattuor simul longae
parum sonoro fine destruant versum.
nam dactylum paremve quid tibi dicam?
cum tantum iambus rite possit admitti.

Dactylum hoc loco ferri posse et ipsi negamus, quapropter C. Schneideri coniecturam apud Fur. in Ind. s. v. Συνέχεια improbamus, vide Annott. in fab. IV, 2. Spondei licentiam Graecos sibi sumpsisse exempla evincunt. Ceterum alicui in mentem veniat reponere:

Ἀγροῦ χελιδὼν μακρὸν ἐξεπωτήθη,

coll. Homericis μακρὸν ἀΰτειν, (Eustath. p. 549, 20.: ἔστι δὲ μακρὸν ἀῦσαι τὸ εἰς πολὺ μῆκος καὶ διάστημα ἀέρος.) μακρὸν βοᾶν. Sed plurali Noster usus est fab. III, 1. μακρὰ τοξεύων. Recte tamen Tyrwhitto praeeunte ἐξεπωτήθη a reliquis editoribus scriptum est pro vulgato ἐξεποιήθη. De cuius verbi analogia Schaef. in Greg. Cor. p. 272. et Lob. Parerg. in Phryn. p. 581. disseruerunt.

2. εὗρε δ' ἐρ. cum prioribus Neveletus; εὗρεν τ' ἐρ. suo Marte Bergerus.

4. Tribrachys iambi loco positus est, ut apud Eupolidem Prisciano de metr. T. c. III, §. 23. laudatum:

Ἀνόσια πάσχω ταῦτα, ναὶ μὰ τὰς κράμβας.

Eadem licentia recurrit apud Hippon. frag. XX, 4.

Κατέφαγε δὴ τὸν κλῆρον ὥςτε χρὴ σκάπτειν.

Et apud Babrium fab. II, 6.

Τὸ βέλος ἔπηξεν ἐντὸς ἑσπέρου κήπου.

In fabulosa lusciniae et hirundinis transformatione vetusti poetae vehementer variarunt: cf. Voss. in Virg. Ecl. p. 335. sqq. Pauca dedit Bergerus. Praeterea v. Verheykium in Anton. Liber. c. XI., Schol. in Soph. Electr. 149. et qui eum descripsit Suidam s. v. Ἀηδών. Locos ex auctoribus Babrio non neglecto congessit Blomfieldius in Aeschyl. Agam. 1113. Nostram ad fabulam accommodata sunt, quae praeter alia Eustathius in Odyss. τ', 518. exhibuit p. 1875, 3. Ἃ δὲ κοινῶς οἱ μεθ' Ὅμηρον περὶ ἀηδόνος γράφουσι, τοιαῦτα ἐστί. Πανδίονος Ἀττικοῦ τυράννου γίνεται Πρόκνη καὶ Φιλομήλα· τούτων ἡ Φιλομήλα γαμεῖται Τηρεῖ τῷ Θρακί, καὶ γίνεται τῷ μετοικισμῷ ἐξ Ἀττικῆς γυναικὸς Θρᾳκική. μέλλοντα δέ ποτε Ἀθήναζε τὸν Τηρέα ἥκειν, ἱκέτευεν ἡ γυνὴ τὴν ἀδελφὴν Πρόκνην ἐν τῷ ἐπανήκειν συνενέγκασθαι. ὁ δὲ ποιεῖ μὲν τοῦτο, περὶ δὲ τὴν ὁδὸν βιάζεται τὴν κόρην, καὶ φθείρας γλωσσοτομεῖ, ὡς ἂν μὴ ἔχοι τῇ ἀδελφῇ ἐκλαλῆσαι τὸ πάθος. ἀλλ' ἡ Πρόκνη ἐν ἱστῷ ἐξυφαίνει τὴν βίαν, καὶ ἐπεὶ μὴ εἶχε τῇ γλώττῃ, ἐκφαίνει τῇ χειρί. καὶ ἡ Φιλομήλα τὴν τῆς ἀδελφῆς γλῶτταν ἀντισταθμᾶται τοῦ παιδός, καὶ ἀνελοῦσα τὸν υἱὸν Ἴτυν παραβάλλει

*τῷ ἀνδρὶ φαγεῖν. ὁ δὲ παθὼν τὴν βρῶσιν ἀλλ' ὕστερον γνωρίζει τὸν παῖδα λειψάνοις μικροῖς τεκμηράμενος, καὶ διώκει τὰς ἀδελφάς, τῷ παιδὶ συγκαταθύσων αὐτάς. αἱ δὲ φεύγουσι, καὶ τοὺς κρείττονας αἰτησάμεναι πτερύσσονται εἰς χελιδόνα μὲν ἡ Πρόκνη Φιλομήλα, δὲ εἰς ἀηδόνα. διὸ τραχύφωνος μέν ἐστιν ἡ χελιδὼν καὶ ἀηδὴς τὸ μέλος οἷα κολουσθεῖσα τῆς γλώττης, καὶ συχνὰ τὸν Τηρέα ὑποτραυλίζουσα κατὰ στόμα προφέρει, ἀηδὼν δὲ τὸν Ἴτυν τοῦ μέλους προβάλλεται. Τηρεὺς δὲ εἰς ἔποπα μορφωθεὶς ποῦ ἄρα εἰσιν ἀναφωνεῖ συχνά.* Procnen Terei uxorem fuisse tradidit Thucyd. II, 29. quo loco cf. Scholia et Interpretes. — *ἄωρον ἐκπεσόντα τῆς ὥρης.* „At non **forma immaturum excidisse** Ityn dolebat mater, sed **vita**. *Τὴν ὥρην* autem pro vita poni posse non credo: lego igitur *τῆς ΖΩΗΣ.* [Idem iam dederat Salmasius Plin. Exerc. p. 787. a. D.] Et eius quidem lectionis vestigia in versu sequente, 5. deprehendisse mihi videor. Exemplum certe desidero, in quo *ζώοις* (in hoc scilicet orationis genere) pro formula salutandi usurpetur. Verisimilius igitur arbitror, Babrium scripsisse, *φιλτάτη, ΧΑΙΡΕΙΣ*, et syllabam priorem *τοῦ ζώοις* ex versu praecedenti irrepsisse, errore librariis familiarissimo.“ Sic Tyrwhittus, quem Teucherus et Coraes secuti sunt. Retineo tamen vulgatam lectionem. *Ὥρα* enim quis dubitet pulcherrimam vitae significare partem, id est aetatis florem et iuventutis formam decoram? Vide vel Thom. Mag. p. 299, 4. ed. Hal. *πρὸ μοίρας θανὼν ὁ βιαίως ἀποθανών, πρὸ ὥρας δὲ ὁ ἐν νεότητι.* Cf. Herodotus VI, 61. *Γαμέει δὲ δή μιν ἐς γάμου ὥρην ἀπικομένην Ἄγητος ὁ Ἀλκείδεω.* Platon. Epigr. V. Anth. Gr. Tom. I, p. 169.

*Σκέψαι τὴν ὥρην ὡς ὀλιγοχρόνιος.*

Et quem Iacobsius laudavit Galenum in *προτρεπτ.* c. VIII. *ἄμεινον οὖν ἐστιν, ἐγνωκότας τὴν μὲν μειρακίων ὥραν τοῖς ἠρινοῖς ἄνθεσιν ἐοικυῖαν, ὀλιγοχρόνιον δὲ τέρψιν ἔχουσαν.* De forma decenti Dionys. Halic. interpretabatur de Lys. iud. V. V, p. 473. Reisk. *λέγω δέ, ἐπὶ κάλλους μὲν σωμάτων, τί δή ποτε τοῦτ' ἐστὶν, ὃ καλοῦμεν ὥραν.* Eodem pertinet etiam *ὡραῖος*, Pind. Olymp. IX, 141.

Ὡραῖος ἐὼν καὶ καλὸς κάλλιστά τε ῥέξαις.
Hesiod. ἔργ. 697.

Ὡραῖος δὲ γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι.
Anaxandrides apud Athenaeum VI, p. 227, C.

ὡραῖον δὲ μειρακύλλιον
ποίαις ἐπῳδαῖς ἢ λόγοις ἁλίσκεται
τίσιν, φράσον γάρ, ἄν τις ἀφέλῃ τὴν τέχνην
τὴν τῶν ἁλιέων;

Praeterea vim exemplorum Pierson. in Moer. p. 426. congessit. Ceterum ὥρης Bergero se probavit „propter elegantem ad vocem ἄωρον [de qua cf. praeter Salmas. in Plin. Exerc. p. 787. a. D. Iacobsium in Anth. Gr. Tom. VI, p. 300.] allusionem.“ Porro quae Westonus Hermes. p. 80. molitus est, τοῦ ἄορος coniectans, ea satis est semel memorasse.

5. Ζώοις pro formula salutandi Bergerus Osanno astipulante in Boettigeri Amalthea Tom. II. p. 270. accepit, „quod in oratione insolenti sensum tamen praestet“, dissentiens a Tyrwhitti coniectura χαίροις, quam comprobarunt Teucherus, Coraes, Kiddius in Dawes. Misc. C. p. 595. Valedicendi vero significatum in hoc vocabulo non inesse illustravit Dawes. Misc. C. p. II. Westonus Hermes. p. 81. sq., σώοις pro ζώοις coniectavit provocans ad Non. l. II.

Σώζεο πέτρη
χαίροις Ἠμαθίων.

Sed Babrii libri, si ab editione Bas. A. 1616. recesseris, quae metro adversante ζώοις φιλτάτη (charissima, salva sis), cum omnes, φιλτάτη ζώοις servarint, ζώοις non pro salutandi formula, sed pro dativo nominis ζῷον haberi debet. Hic enim ioci sensus: Et hirundo, gratissima, inquit, animalibus, nunc primum te video post casus Thracios. His igitur verbis lusciniam e silva ad homines quibus sit gratissima revocare studet. Ζῴοις scripsi auctore Etym. Mag. p. 413, 14. v. Ζῷον. γράφεται δὲ μετὰ τοῦ ἰῶτα, ἐπειδὴ εὕρηται κατὰ διάστασιν καὶ παρὰ Σιμωνίδῃ, οἷον·

Τόδ' ἡμῖν ἑρπετὸν παρέπτατο
ζώιον κάκιστον.

καὶ διὰ τὸν χαρακτῆρα τῶν διὰ τοῦ ωον. Τὰ γὰρ διὰ τοῦ ωον οὐδέτερα μονογενῆ, θέλει ἔχειν τὸ ἰῶτα· οἷον Πτῷον, ὄνομα ὄρους· προστῷον, περιστῷον, ὑπερῷον· οὕτω καὶ ζῷον σὺν τῷ ι. Sic etiam ζωίδιον apud Aratum:

Ζωίδιον δέ ἑ κύκλον ἐπίκλησιν καλέουσιν.

6. μετὰ Θρᾴκην. „μετὰ Θρ. post Thraciam, Nevelet. post Thracicam consuetudinem, Editor Oxon. fab. 149. Neutram interpretationem intelligo. Aut legendum est ΚΑΤΑ Θρᾴκην· aut μετὰ sensu τοῦ κατὰ accipiendum est; cuius usus exempla nonnulla suppeditant lexicographi. Omnino enim intelligere debemus, in Thracia habitum esse hunc congressum." Tyrwhitti lapsus; μετὰ Θρᾴκην enim significare, post ea quae in Thracia perpessae sumus, citerioris potissimum aetatis exempla demonstrant quae collegit Bernhardyus Synt. Gr. p. 254. ipsius Babrii memor, et in Suidae v. Κάρανος, post Schaeferum apud Fur. p. CXC. ann., qui μετὰ Θρᾴκην recte circumscripsit, μετὰ τὴν ἐν Θρᾴκῃ συμφοράν. Graecismum Marcellini XVII, c. 8. Schaeferus annotavit. Neque sua laude fraudandus Westonus l. l. qui paucis dictionem stabilivit.

8. σύσκηνος ἡμῖν, nam Χελιδὸνὶς δ' ἐγένετο σύνοικος ἀνθρώποις Ἀρτέμιδος βουλῇ, διότι κατ' ἀνάγκας ἐκλιποῦσα τὴν παρθενίαν πλεῖστά τὴν Ἄρτεμιν ἐπεβοήσατο, Anton. Lib. XI, fin. Vocabuli σύσκηνος mentionem iniecit Poll. VI, 157. 9. ᾄσεις. Haec futuri forma minus usitata quam Atticorum ᾄσομαι, cf. Dawes. Misc. Crit. p. 290. Usum tamen Atticis vindicare studuit Markland. in Eurip. Supp. 932. sed suspicionem movent annotata a Kiddio in Daw. Misc. l. l. p. 511. Ἀείσω certe extat in Eurip. Herc. fur. 681. apud Theogn. 4. Bekk. apud Theocr. XXII, 26. 135., ᾀσῶ apud eundem I, 145. VII, 72. 78. ᾄσω est apud Iulian. Misopog. initio et Aelianum de Nat. Anim. VI, 1.

12. δ' ἐμοὶ et ἡ 'πίμιξις τ' ἀνθρώπων Brunckius iusta sine causa dedit. Vocis ἀναφλέγω usus est Aelianus

de Providentia, vid. Suidam v. Ἀντέρως, ubi *Μελάνιππος δὲ ἐς τὸν φίλον τὸν ἔνθεον ἀναφλεχθεὶς ἰσότιμον τὸ τοῦ πόθου κέντρον ἀνεδείκνυτο.* Meleager LV, 2. in Anth. Gr. Tom. I, p. 18. de quo loco cf. Iacobsii ann. Tom. VI, p. 71.

---

## Fabula II.

### Ἀπόλλων καὶ Ζεύς.

---

*Θεοῖς Ἀπόλλων ἔλεγε μακρὰ τοξεύων·*
*οὐκ ἂν βάλοι τις πλεῖον οὐδὲ τοξεύσει.*
*ὁ Ζεὺς δὲ παίζων ἠρίδαινε τῷ Φοίβῳ.*
*Ἑρμῆς δ᾽ ἔσειεν Ἄρεος ἐν κυνῇ κλήρους.*
*λαχὼν δὲ Φοῖβος καὶ τὰ τόξα κυκλώσας,*
*τὸ βέλος ἔπηξεν ἐντὸς ἑσπέρου κήπου.*
*ὁ Ζεὺς δὲ διαβὰς ταὐτὸ μέτρον εἶτ᾽ ἔστη·*
*καὶ ποῦ βάλω, ναί φησιν οὐκ ἔχω χώραν.*
*τόξου δὲ νίκην ἔλαβε μηδὲ τοξεύσας.*

---

Haec de Apolline et Iove fabula non tantum quantum in omnibus fere licet conspicere elegantiae et leporis praestat. Quo magis Mehlhornii in materie eligenda iudicium mirati sumus, qui hunc apologum in Anthologiam Lyricam transcripserit p. 69. cum multi suppeterent, qui tam propter dictionis laevitatem, quam propter argumenti prudentiam ac suavitatem illo in libello locum sibi poscerent. Pedestris sermonis incessum servat haec fabula apud Furiam CCCLI. cui choliambicos numeros primus vindicavit C. Schneiderus in Annott. p. 38. Repetita est a Corae p. 366. Schneidero S. fab. XVII, p. 125. Bergero l. I, 13. Babrii hunc apologum, cui tribuendum eum esse vel metrum evincit, decurtavit nescio quis apud Neveletum p. 243. *Ζεὺς καὶ Ἀπόλλων*

περὶ τοξείας ἠρίζοντο· τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος ἐκτείναντος τὸ τόξον καὶ τοῦ βέλους ἀφέντος, ὁ Ζεὺς τοσοῦτον διέβη ὅσον Ἀπόλλων ἐτόξευσεν.

1. Dactylum tertio pede posuerunt praeter Babrium (huius in fab. vs. 9. et fab. III, 1. IV, 2. V, 16. VI, 2. 8. fragm. VIII, 5. XIII, 3.) . Phoenix Colophonius apud Athen. XII, 530, E.

vs. 5. *Καὶ τἄλλα πολλῷ πλέονα Κασπίης ψάμμου.*

vs. 13. *Ἄκουσον, εἴτ' Ἀσσύριος εἴτε καὶ Μῆδος.*

Callimachus fragm. LXXXVI. Bentl.

vs. 1. *Εἰς τὸ πρὸ τείχευς ἱερὸν ἁλέες δεῦτε.*

vs. 3. *Γέρων ἀλάζων ἄδικα βιβλία ψήχει.*

Fragm. XCIV, 3.

*Καὶ τῆς ἁμάξης ἐλέγετο σταθμήσασθαι.*

2. *Οὐκ ἂν βάλλῃ τις πλεῖον, οὐδὲ τοξεύσει* MSS. Vatt. tam metro quam verborum structura laborante, quod mendum *βάλοι* refingendo Coraes reliquis assentientibus sustulit. Idem etiam *τοξεύσοι*, astipulante Bergero, quod pro typothetae errore nescio quo pacto Censor Bergerianae editionis habuit. Iure Coraen Boissonadus Anecd. Tom. I, p. 367. improbavit „permutantur *ει* et *οι* de more. Aesopica fabula de Phoebo et Iove — *τοξεύσοι*: malim retentam fuisse veterem lectionem, *τοξεύσει*, coniunctis futuro *τοξεύσει* et forma futurae significationis *ἂν βάλοι*." Post Epicos apud Herodotum horum modorum coniunctionem increbruisse Bernhardyus docuit Synt. p. 410. qui Atticorum quoque hac in re usum paulo differentem accurata ut solet confirmavit disputatione. Receperunt scripturam *τοξεύσει* C. Schneidrus et Mehlhornius. *τοξεύσαι* Saxoni placuit.

4. *Ἄρεος* quamquam abiguam habet primae syllabae mensuram, tribrachys tamen in tertia sede mihi probabilius videtur effici. Hic enim pes tertium obtinet locum apud Babrium fab. VIII, 4. quo loco plura dabimus. Accedit Phoenicis Colophonii versus apud Athen. XII, 530, E.

Ἀνὴρ Νῖνος τις ἐγένεθ', ὡς ἐγὼ κλύω.

Verumtamen anapaestum etiam in quarto loco concedi demonstrant exempla in fab. VI, 4. collecta.

5. Vatt. λαχ. δὲ Φοῖβ. τὸ τόξον ἐκκυκλώσας, quod Furia interpretatus est: is arcum intendens; hic tamen significatus abhorret ab vocabulo ἐκκυκλοῦν, quod adhuc in lexicis desideratur. Recte C. Schneiderus in Indice s. v. Ἐκκυκλοῦν „τὸ τόξ. ἐκκ. arcum in circulum redigens, incurvans, intendens. Hunc significatum nexus loci postulat, nam verbum ἐκκυκλοῦν — si usquam in usu fuit, de convolutis, quae in circulum extenduntur, non de directis, quae incurvantur, usurpatum videtur fuisse." De metro quae disputavit, non aeque sunt vera. Idem in editione minore versum refinxit:

Λαχὼν δὲ Φοῖβος καὶ τὰ τόξα κυκλώσας,

quam in coniecturam quae et metro satisfacit et sententiae, postea inciderunt et Buttmannus et Anglus in Mus. Cantabrigiensi (vid. Jen. All. L. Z. n. 172, p. 437.) Dubitantius iusto idem Schneiderus τὸ τόξον non esse spernendum pronunciavit, vid. Annott. in fab. I, 1. Quod Coraes emendarat:

Λαχὼν δὲ Φοῖβος τὸ τόξον τ' ἐγκυκλώσας,

etsi ἐγκυκλώσας quodammodo possit explicari, metrum tamen omnino respuit. Ceterum Bergkii (cf. Anacr. fragm. XII. p. 97.) in Himerii Orat. XIV, 4. p. 612. Wernsd. coniecturam: ἐφ' οὓς τὰ βέλη ἀγκυλώσεσθε pro κυκλώσεσθε elegantem magis esse et ingeniosam quam veram arbitror, cum vel hic ipse Babrii locus dictionem Himerii istam confirmet. Multo infelicius commentum Bergeri:

Λαχὼν δέ Φοῖβος ἑὸν τόξον τε κυκλώσας.

6. ἐντός] ἐκτὸς Mehlhornii nihil nos iuvat. Mihi praeterea illa: ἐντὸς ἑσπέρου κήπου parum eleganter videntur dicta esse.

7. Coraes praeter vanam mutationem cum Furia scripsit:

Ὁ Ζεὺς δὲ διαβὰς ταὐτὸ μέτρον ἔστη (sic),

ἔστη Fur. Ubi deest syllaba. Scripsit εἱστήκει C. Schnei-

derus cum Anglo in Mus. Cantabrig.; ille, κει, inquit, facile hauriri potuit a sequente καί. ἑστήκει Mehlhornius. Buttmanni suspicionem, εἶτ' ἔστη secuti sunt Schneid. S. et Bergerus. — Tribrachyn suo positum esse loco docent Hippon. frag. XXIX, 2.

Λαλεῖν Λεβεδίην ἰσχάδ' ἐκ Καμανδωδοῦ,

et si integra est forma ἄλειφα fragm. XLIII.

Κἄλειφα ῥοδινὸν ἡδὺ καὶ λέκος πυροῦ.

cf. Babrium apud Suid. s. v. Νέμεσις, Γέρανος et fab. VI, 2. 3.

9. Intactam Vaticanorum scripturam ἔλαβεν μὴ τοξεύσας Coraes reliquit. Ante Buttmannum apud Schneid. S. p. 211. C. Schneid. (cf. Annott. p. 39.) verum vidit „μὴ (inquit) in μηδὲ mutavi, sensu quoque suadente: victoriam in iaculando rettulit, ne missa quidem sagitta", quem secutus est Bergerus. Sed ne sic quidem versus ratio mihi satisfacit. Ceterum Gabriam Babrio abusum esse fabula docet inedita Codicis Florentini LVI. apud Bandinium Tom. I, p. 30.

Τῷ προέχοντι μὴ ἔριζε.
Πρὸς τοξικὴν ἤριζε περὶ Λοξίας.
ἀπ' ἀντολῆς ἔπεμψεν εἰς δύσιν βέλος.
ὁ Ζεὺς δὲ τοῦτον εἰς τοσοῦτον προφθάσας
ἔφη στραφείς, ὦ τέκνον, εἰπὲ ποῦ βάλω.

Ubi cum περὶ innumerum sit et otiosum, πατρὶ scribatur oportet.

## Fabula III.

*Βοῦς καὶ Φρῦνος.*

*Γέννημα φρύνου συνεπάτησε βοῦς πίνων.*
*ἐλθοῦσα δ' αὐτόσ' — οὐ παρῆν γὰρ — ἡ μήτηρ,*
*παρὰ τῶν ἀδελφῶν ποῦ ποτ' ἦν ἐπεζήτει.*
*τέθνηκε, μῆτερ, εἶπον· ἄρτι τῆς ὥρας*
*ἤλυθε πάχιστον τετράπουν, ὑφ' οὗ κεῖται*
*χηλῇ μαλαχθείς· ἡ δὲ φρῦνος ἠρώτα*
*φυσῶσ' ἑαυτήν, εἰ τοιοῦτον ἦν ὄγκῳ*
*τὸ ζῷον. οἱ δέ, παῦε, μὴ ποιοῦ, μῆτερ·*
*θᾶσσον σεαυτήν, εἶπον, ἐκ μέσου ῥήξεις,*
*ἢ τὴν ἐκείνου ποιότητα μιμήσῃ.*

Fabulam ex Vaticanis MSS. Furia prodidit p. 154. fab. CCCLXXVIIII. quam post Coraen p. 273. C. Schneiderus Annott. p. 51. Schneiderus Saxo p. 121. et Bergerus l. II, 2. choliambis illigarunt. Hanc quidem de Bove et Rana pedestri sermone compositam non deprehendi; Gabriam [1]) tamen opes Babrii pervertisse inedita apud Bandinium fabula LXVII. arguit:

*Τοῖς μεγίστοις μὴ συνεκτείνεσθαι.*
*Ληλῆ βοὸς πατεῖτο βατράχου τέκος,*
*ὀργὴ δὲ μήτηρ . . . . ποοῦ τέκος ἔφη,*
*φυσοῦς ἑαυτὴν κἂν ῥαγῆς ὅλη,*
*πρὸς οὐδὲν αὐτῷ ἐμφερὴς ἔσῃ.*

---

1) Ne cui mirum sit, Gabriae nomen a nobis retentum esse, licet post Iacobsium apud Sulzerum Nachtr. z. allg. Theor. d. sch. Künste, Vol. V. P. I. p. 299. Raoul-Rochettius Journal d. Sav. Fév. 1817. p. 102. id reiecerit: fidem interim habuimus Codici Biblioth. Laurent. Pl. V. Cod. X. LXXXVII. p. 203, in quo huius tetrasticha sunt inscripta: *Τετράστιχα Γαβρίου γραμματικοῦ καὶ Ἕλληνος*, cf. Bandin. Tom. I. p. 29. Sunt tamen eiusdem operis inscriptiones, quae Ignatii Magistri nomen illi tribuunt. Utut nuncupatus fuit aut Gabrias aut Ignatius Magister sive Diaconus: stolidissimum fuisse hominem, certissimum mihi est atque exploratum.

Quam sic refingo:

> Χηλῇ βοὸς πατεῖτο βατράχου τέκος·
> ὀργῇ δὲ μήτηρ παισί, ποῦ ποτ᾽ ἦν; ἔφη
> φυσοῦσ᾽ ἑαυτήν· κἄν, φασί, ῥαγῇς ὅλη,
> πρὸς οὐδὲν αὐτῷ, μῆτερ, ἐμφερὴς ἔσῃ.

Proxime ad Babrium ita accedit Horatianus sermo, Sat. II, 3, 314. sqq. ut Noster ab ea culpa se immunem praestiterit qua Bentleius poetam suum frustra liberare studuit:

> Absentis ranae pullis vituli pede pressis,
> unus ubi effugit, matri denarrat, ut ingens
> belua cognatos eliserit. illa rogare,
> quantane? num tantum, sufflans se, magna fuisset?
> maior dimidio. num tantum? cum magis atque
> se magis inflaret: non, si te ruperis, inquit
> par eris.

Ibi Bentleius, p e r n i m i o pro illo d i m i d i o coniectavit: frustra me iudice.

1. *φρύνου γέννημα*, cum Furia Coraes, Schneid. S. Bergerus, recte illi, si Plotius est audiendus. Hic enim p. 2644. Putsch.: A m p h i c o l u m H i p p o n a c t i u m c l a u d u m f i t h o c m o d o, c u m e x u t r a q u e p a r t e i a m b i c i m e t r i p r i m a e t n o v i s s i m a c l a u d u m s i t m e t r u m. I n p r i m a c l a u d u m e s t, c u m i n s e c u n d o l o c o d e b e n t e p o n i i a m b o v e l t r i b r a c h y v e l a n a p a e s t o, spondeus v e l d a c t y l u s p o n a t u r, s i c e t i n n o v i s s i m a, q u a l e e s t h o c e x e m p l u m:

*OKIEAPPΩNA IΔIOIOΣIN ἐν χοροῖς βακχῶν.*

[quod post Gaisfordum in Hephaest. p. 251. et Welckerum in Hippon. p. 107. manum adhuc expectat emendatricem.]

V o s i s t h a e c i n t r o a u f e r t e a b i t e i a m n o s t r i.
[Versus maxima pars petita ex Ter. And. I. 1, 1.]

N a m, haec in, s e c u n d o p e d e s p o n d e u s e s t, c u m d e b e r e t u n u s e s s e d e h i s q u i a b r e v i i n c i p i u n t i a m b i c i, e t n o v i s s i m u s i d e o a m p h i c o-

lum ex utraque parte, quod ἀμφὶ Graece dicitur claudum, sed quod Graeci χωλὸν vocant. (Novissima mireris dicta.) Spondeus tamen hoc loco positus cum iustum metri choliambici decursum impediat, Plotii praeceptum non minus in suspicionem adducimus quam Codicum scripturam frag. VIII, 2.

Ἰδὼν κἀκεῖνος ἐν μέρει γὰρ ἡλώκει.

Neque Parisini I. scriptura

Κἀκεῖνός δ' εἶπε τὰς σιαγόνας πρίων

apud Suidam s. v. Πρίων sana est. Sed infra haec copiosius exponemus.

Quapropter C. Schneiderum secutus, qui verba transposuit, corruptionem inde subnatam esse suspicor, quod collectionis opifex ad litterarum ordinem apologos coagmentavit. Cf. Cap. III. p. 45. Iam γέννημα „de animantium subole" antiquis usitatum fuisse Lob. in Phryn. p. 286. probavit. Sic catuli vulpis τὰ γεννήματα dicuntur in fab. I. Fur.; de ursis: ἡ δὲ ἄρκτος τίκτει μὲν σάρκα, πλάττει δὲ καὶ ἀρθροῖ τὸ γέννημα τῷ στόματι καὶ πρὸς εἶδος ζῴου τὰ μέλη τυποῖ, Poll. V, 80. usurpavit.

2. ἐλθοῦσα. Cum φρῦνος hoc loco ad matrem referatur, generis est feminini. Alibi Babrius ubi rubetae genus universe significavit, praeeunte Aristotele Hist. Anim. IX, 27, 18. Schneid. ἀπόλλυσι δὲ καὶ ὁ φρῦνος τὰς μελίττας· ἐπὶ τὰς εἰςόδους γὰρ ἐλθὼν φυσᾷ, vulgarem usum expressit fragm. VI:

Ὁ δ' εἶπε κλαύσας φρῦνος, οὐχὶ παιᾶνος
τοῦτ' ἐστὶν ἡμῖν, φροντίδος δὲ καὶ λύπης. —

αὐτόσε Furia, cuiusmodi vitia saepe recurrunt. Bergerianum οἴκαδ' nescio quam ob causam eius Censori placuerit.

3. Anapaestus primo loco positus non ita raro invenitur, vid. Hippon. fr. I.

Ἐβόησε Μαίας παῖδα, Κυλλήνης πάλμυν.

Nisi forte exemplum illud elevamus, ut ἐβόησε ratione Ionibus peculiari tribus syllabis pronuncietur. Alia tamen sunt exempla satis firma:

Ἐνέθηκε τοίχοις ποικίλας γραφὰς ζῴων. fragm. X, 2.
Καταβᾶσα κοίτης ἐπεδίωκεν ἡ νύμφη. fragm. VIII, 5.
Ἕτεροι * ξανθοὶ καὶ διάργεμοι στήθη. fragm. XIII, 4.
Ἑτέρου τὸν ὦμον· οἱ δ' ἔφευγον ἐκ χώρης. fab. V, 20.
Γέρανοι συνήντων καὶ τὸ συμβὰν ἠρώτων. fab. V, 21.
Ἐπιμαρτυρῶ σοί φησιν ἀλλὰ καὶ πάσας. fab. IV, 5.

Haec igitur ex locorum copia ascripsisse exempla sufficiat.

4. ἄρτι πρὸ τῆς ὥρας quod ex Codicibus Coraes, uterque Schneiderus in verborum contextum receperunt, metrum respuit; Saxo praeterea verba sic distinxit:

Τέθνηκε, μῆτερ, εἶπον· ἄρτι πρὸ τῆς ὥρας
ἦλθεν πάχιστον τετρ. —

Cuius distinctionem probans alia tentavit Bergerus:

Τέθνηκεν εἶπον· ἄρτι γὰρ πρὸ τῆς ὥρας
πάχιστον τετράπουν ἐπῆλθ', ὑφ' οὗ —

Ipse olim Ammonii loco p. 26. παρὰ δὲ τοῖς Ἀττικοῖς ἀρτίως σημαίνει αὐτῆς τῆς ὥρας commotus, verisimiliter mihi videbar coniectasse:

Τέθνηκε, μῆτερ, εἶπον, ἀρτίως ὥρας:

nam interpolatori illud πρὸ τῆς tribuebam. Nunc autem πρὸ plane abiiciendum esse ita arbitror, ut ἄρτι τῆς ὥρας ad similitudinem formulae ὀψὲ τῆς ἡμέρας exigatur. Fidem facit Ammonius p. 59. Lips. collato Bernhardyo Synt. Graec. p. 157.

5. Vaticanorum scripturam ἦλθε γὰρ Schneid. S. reiecit Coraae probatam; quod tamen ipse dedit ἦλθεν πάχιστον non magis mihi satisfacit, quam quod alter Schneiderus excogitavit ἦλθε δέ. Sic etiam (inquit) Latini autem adhibent, ubi res uberius explicatur." Neque Bergeri inventum laudabilius, ut qui tum in hoc loco tum in eo fragmento, quod Tyrwhittus ex Bodleiano p. CLXXIX. ann. 25 sic refinxit:

— — ἦλθεν ἀστοῦ κρείσσων,

ἤλυθε scribendum esse suspicatus sim.

6. μαλαχθείς] Schneid. S.: „malim παταχθείς". Vereor ut iure: vide quae contra disputavit Valcken. in Herod. V, 120, cuius exemplis addendus est Pseudo-Anacreon. Od. XL,

4, ubi Codices παταχθεὶς exhibent; nam quod nunc praefertur πατάξας, Brunckius coniecit. Hunc aoristum discrepantibus tamen libris apud Aristot. de anima II, 8. vel ante Lucianum inveniri Bernhardyus mecum communicavit. Vocabulo μαλάσσειν quod Casaubono iudice artis est coriariae, Aristoph. Eqq. 388. usus est:

Ὡς ἐὰν νυνὶ μαλάξῃς αὐτὸν ἐν τῇ προςβολῇ,
δειλὸν εὑρήσεις. —

Idem tamen translato significatu κακῷ μαλάττεσθαι Vesp. 973:

Αἰβοῖ· τί κακόν ποτ᾽ ἔσθ᾽ ὅτῳ μαλάττομαι,

sive ut Reisigius Coniect. I. p. 50. numeros refinxit:

αἰβοῖ·
τουτὶ τὸ κακὸν τί ποτ᾽ ἔσθ᾽, ὅτῳ μαλάττομαι.

7. De vocabulo φυσᾶν vide quae Interpp. Herod. V, 91. congesserunt. Propter metrum opinor Schneid. S. adstipulante Bergero τοσοῦτον scripsit; prima vero τοιοῦτος vocabuli syllaba corripitur a Phoen. Coloph. apud Athen. VIII, 360. F.

Εἰδὼς τοιαῦτα δός τι καὶ καταχρήσει.

Nam quod post Casaubonum Ilgenius dedit τοιαῦτα εἰδὼς aeque est temerarium ac Palatini scriptura τοιαῦτ᾽ εἰδὼς Stephano probata sive τοιοῦτ᾽ εἰδὼς ex Laurentiano notatum. Eadem correptio in vocabulo ὁποῖος deprehenditur, cf. Seidl. de vs. dochm. p. 101. Copiose rem exposuit Gaisfordus in Hephaest. p. 216. et Hermannus Elem. Doct. Metr. lib. I, c. X, 9. Tragicorum usum Valck. in Diatr. p. 109. et in Phoen. 512. explicuit.

8. Παῦον Vatt. Schneid. S. et Cor. probatum. Contra quos C. Schneid. in Indice: „παῦε sc. σεαυτήν. Sic CCCXXVI. κἀκεῖνος εἶπε τοῦ δρόμου παύσας et passim apud veteres.“ Nolim machinam illam σεαυτὴν afferri cum παῦε eadem qua Noster ratione usus sit Sophocl. Philoct. 1275. Ex parte huc faciunt quae disseruit Brunckius in Aristoph. Ran. 269, collatis Thierschio in Ran. 122. et Heindorf. in Platon. Phaedr. p. 208. Ποιοῦ] „Γραπτέον Πιοῦ, παρὰ τὸ μήπω καταχωρισθὲν ἐν τοῖς Λεξικοῖς Πιόομαι, συνώνυμον τοῦ Παχύνομαι.“ Cor. p. 273. Quod

si et sententia flagitaret et vocabulum aliunde confirmaretur, coniecturam acciperem. Istud enim verbum licet tumentem corporis pinguedinem, non cutis intensionem videatur describere, possit tamen de rana cutem maiore nisu expandente ferri. Mihi *ποιοῦ* retentúm placuit hoc verborum significatu: D e s i n e, inquiunt ranulae, n e q u e f r u s t r a q u i c q u a m c o n a r e! Schneideri enim Sax. coniectura *ποίει*, quid ad sensum conferat, equidem non expedio.

10. Idem Coraes: *καὶ ὧδε γραπτέον πιότητα, τουτέστι πάχος*, cuius a partibus post Schneiderum S. stetit Bergerus p. 28. nimirum quod de mole corporis *παχίστου τετράποδος* sermo sit, non de toto illius habitu. Nominis *ποιότης* auctoritatem Lob. in Phryn. p. 350. exposuit. Ceterum vel sic hic locus suspicionem movet.

---

## Fabula IV.

### *Γαλῆ συλληφθεῖσα.*

*Γαλῆν δόλῳ τις συλλαβών τε καὶ δήσας*
*ἔπνιγε βάλλων ὕδατος ἐν συναγκείᾳ·*
*τῆς δ' αὖ λεγούσης, ὡς κακὴν χάριν τίνεις*
*ὧν ὠφέλουν θηρῶσα μῦς τε καὶ σαύρας,*
*ἐπιμαρτυρῶ σοί φησιν, ἀλλὰ καὶ πάσας*
*ἔπνιγες ὄρνις, πάντα δ' οἶκον ἠρήμους,*
*κρεῶν ἀνέῳγες ἄγγος· ὥςτε τεθνήξῃ*
*βλάπτουσα μᾶλλον ἤπερ ὠφελήσασα.*

---

Hunc Babrii apologum Graeco sermone prosario conscriptum non repperi; nam ipsi versus continentur Furiae fab. CCCLV. quam cum per metra partiri neglexisset, id negotium C. Schneid. p. 39. Ann. Cor. p. 565. Schneid. Sax. p. 116. Berg. l. I. 14. pertractarunt.

Ad Babrium se composuit, qui fabulam Latine conscripsit apud Nilant. p. 25: *Mustela apprehendit murem fugientem; cepit eam homo. Et mustela, rogo parce mihi, quia a molestis muribus purgavi domum tuam. Respondit homo: non causa mea facis; nam si pro me fecisses, gratum haberem, et darem tibi veniam. Nam ideo mures necas, ut comedas; reliquias nostras, quas illi erant rosuri, totas devoras. Noli imputare vanum beneficium. Sic locutus; improba cito deperit.*

1. γαλῆς notionem apud veteres excussit Schneid. in Aristot. Hist. An. Tom. III. p. 524. sq.

2. ἔπνιγε βαλὼν ὑδάτων συνεχείᾳ Codd. Vatt. βάλλων pro βαλὼν scribendum esse metrum docet; diversam in partem peccatum est in fab. II, 2. Displicet vero βάπτων, quae Buttmanni apud Schneid. fuit coniectura, idemque mox ἐν ἀγγείῳ refinxit pro συνεχείᾳ. Hoc tamen occupaverat C. Schneid. apud Furiam in Ind. s. v. Συνέχεια. „Si dactylo (inquit) locus esset in quinta choliambi sede, ἐν συνεχείᾳ suaderem, nam verbum συνέχεια bonum sensum efficit. Fortasse placet alicui: ἐν ἀγγείῳ: suffocaturus erat mustelam in dolio aqua repleto, iniiciens.“ Dactylo quidem in hac sede veniam benignissime concessit Priscianus de metr. Ter. c. III. §. 20. Krehl: Necessarium autem esse duximus, multo exquisita labore inventaque exempla diversorum nominatissimorumque Graeciae auctorum, quorum quaedam et Heliodorus protulit metricus et Hephaestio subiicere, ut ostendamus, non imperite, sed scientissime hoc quoque et ad illorum imitationem auctores fecisse nostros. Heliodorus metricus ait: Ἱππῶναξ πολλὰ παρέβη τῶν ὡρισμένων ἐν τοῖς ἰάμβοις. Hoc est: Hipponax multa praeteriit, id est, praetermisit, praefinita in iambis. Hipponax enim primo:

Ἐρέω γὰρ οὕτω· Κυλλήνιε Μαιάδος Ἑρμῆ.

Iste enim versus cum sit choliambus, in quarto loco et quinto habuit dactylos, cum in utroque debuerit a brevi incipiens pes poni. Welckerus etsi in Hipp. fragm. p. 43. hunc Iambographi versum non improbat, ipse tamen non-

dum de integritate eius mihi persuasi. Nam Photii observationem p. 640. Porson.: *Φαρμακός· τὸ κάθαρμα· βραχέως· οἱ δὲ Ἴωνες ἐκτείνοντες λέγουσι φάρμακον· οὗτοι γὰρ διὰ τὴν τῶν βαρβάρων παροίκησιν ἐλυμήναντο τῆς διαλέκτου τὸ πάτριον· τὰ μέτρα· τοὺς χρόνους· δηλοῖ καὶ Ἱππῶναξ*, ad talia transferre non ausim. Icoirco non magis Schneideri coniecturae quam Hipponactis versui fidem concedo. Equidem aliam viam ingredi conabar, cum duplicis generis substantiva mente perpenderem, quorum alterum ab *ῥέω* verbo in *μα*, alterum in *σις* desinat. Horum item duplex instituitur ratio ut aut simplex sit vocalis penultimae aut diphthongus. Primum igitur existit *ῥύμα*, quod reperitur apud Orph. Hymn. X, 24:

*Ἀενάῳ στροφάλιγγι θοὸν ῥύμα δινεύουσα.*

De tenore Hermanni Herodianus: *τὰ εἰς μα δισύλλαβα τῷ υ παραληγόμενα συστέλλει αὐτό, καὶ παροξύνεται,* * *υμα* [*ῥύμα*], *πλύμα, πλὴν τοῦ κῦμα, θῦμα, φῦμα.* Et sect. 101. *Τὰ εἰς μα δισύλλαβα τῷ υ παραληγόμενα συστέλλειν αὐτὸ θέλει· πλύμα, χύμα, ῥύμα· τὸ λῦμα ἐκτείνει καὶ τὸ φῦμα.* Sequitur *ῥεῦμα*, usu illud tritissimum. Eodem vero tramite tum *ῥύσις* procedit tum *ῥεῦσις*, de quibus cf. Lob. Par. in Phryn. p. 727. qui praepositionum compagem in his satis firmavit. Similiter a *πνέω* et *πνεῦμα* et *πνεῦσις*, a *νέω νεῦσις* ducta; contra quod a *χέω* descendit *χύμα* (cf. Grammaticum Hermanni, Lob. Par. in Phryn. p. 626.), et *χεῦμα*. Porro sicuti *χύσις* (et composita *πρόχυσις* Herodot. I, 160. II, 6. 12. coll. Suid. s. v. *Πρόχυσις* et Interpp. in Gregor. Corinth. p. 515.) ad analogiam formae *χύμα*, sic etsi in Lexicis nondum reperiatur *χεῦσις* ex similitudine τοῦ *χεῦμα* formari posse suspicamur, praesertim cum *πνεῦσις*, *νεῦσις* similiaque hanc formam comprobent. *Ευ* diphthongus non tam in futuro, quam in epico aoristo *ἔχευα* suum habet locum. Itaque si *χεῦσις* derivationem viri docti nobis largiuntur, novam atque irrepertam adhuc *συνέκχευσις* vocabulum procudimus; etenim diphthongum a compositis non alienam esse *ἐπίῤῥευσις*, quod Lobeckiana nititur auctoritate, evincit. Nos igitur hanc Babrio admovemus medelam:

Ἔπνιγε βάλλων ὑδάτων συνεκχεύσει

i. e. mustelam suffocare tentabat aquarum effusioni admovens, nisi cui magis placeat:

Ἔπνιγ' ἐπιβαλὼν ὕδατος ἐν συνεκχεύσει.

Nam sic quoque fab. XI, 2. ἐπεκάλουν pro ἐκάλει scribendum esse censeo.

Haec igitur cum ipse mihi displicens mölitus essem, Bernhardyum consului, qui verissimam protulit coniecturam: ὕδατος ἐν συναγκείᾳ, allato etiam Diodori III, 68. loco, ubi voces σύνέχεια et συνάγκεια a librariis commutantur. Vel propter metrum C. Schneideri ratio, qui ἔπνιγε pro aoristo accepit, reiicienda. Vide Lobeckii in Phryn. disputationem p. 107. 3. Τῆς δὲ λεγ. Vatt. Scripsi δ' αὖ, quo narrationis progressus indicetur. δὴ C. Schneid. δ' οὖν Schneid. S. cum Buttmanno. τῆς δ' οὖν Berg. 4. Aristot. Hist. An. Ζ', λ, §. 2, de murium insidiatoribus exponit: θηρεύουσι δὲ καὶ αἱ ἀλώπεκες αὐτοὺς καὶ αἱ γαλαῖ αἱ ἄγριαι μάλιστα ἀναιροῦνται. His mustelae et murium inimicitiis praeter alia labefactatur Bentleii in Horat. Epist. coniectura I, 7, 29:

Forte per angustam tenuis nitedula rimam.

Prorsus enim mihi persuasi Horatium ipsum peccasse, quo apologum suam ad demonstrationem traduceret. — De forma σαύρα quae sine scripturae discrepantia apud Herodot. V, 192, libris autem σαύρας inter et σαύρους fluctuantibus apud eundem V, 183. extat, cf. Valck. in Theocr. II, 55. et Schneid. Ind. in Arist. Hist. Anim. Utramque formam agnoscit Suidas: Σαύρα καὶ Σαῦρος· ἑρπυστικὸν ζῷον; in fragmento a Lexicographo excitato σαῦρος obtinet:

Σαύρῳ δὲ λοιπὸν ἐμφερὴς ἐγίγνετο.

6. Ὄρνις. De hac forma cf. Schaef. in Greg. Cor. p. 476. ἔκτεινας ὄρνις Berg. ἔκτεινες ὄρνις Bergeri Censor. Rem exposuit Aristot. Hist. Anim. Ι', ζ', §. 4. φρονίμως δὲ δοκεῖ καὶ ἡ γαλῆ χειροῦσθαι τοὺς ὄρνιθας· σφάζει γὰρ ὥσπερ οἱ λύκοι τὰ πρόβατα. Μάχεται δὲ καὶ τοῖς ὄφεσι μάλιστα τοῖς μυοθήροις διὰ τὸ καὶ αὐτὴν τοῦτο τὸ ζῷον θηρεύειν. 7. κρεῶν ἀνέφαγες cum Furia Coraes et C. Schneid. κρεῶν

*τ' ἀνέῳγες* Buttmannus apud Schneiderum; illud *τ'* displicet, sed *ἀνέῳγες* recipiendum esse docet Lob. in Phryn. p. 157. sq. disputatio, coll. Interpp. in Suid. v. *Ἀνεῴγεισαν*. Ne cui tamen in mentem veniat *ἀνέῳξας*, obstat antegressum *ἔπνιγες*.

8. *Βλαπτούσῃ μᾶλλον ἤπερ ὠφελοῦσα* vitiose apud Furiam legitur. Nihili versum confecit Coraes:

*Βλάπτουσα μᾶλλον ἤπερ ὠφελοῦσά με.*

Nimis ab litterarum vestigiis recessit C. Schneiderus:

*Βλάπτουσα μᾶλλον ἤπερ ὠφελοῦσ' οἶκον.*

Idem Annott. p. 39. aliam loco attulit medelam:

*Βλάψασα μᾶλλον ἤπερ ὠφελήσασα,*

non dissentiente Anglo in Mus. Cantabrig. Lenissima mihi visa est Bergeri ratio:

*Βλάπτουσα μᾶλλον ἤπερ ὠφελήσασα,*

cui Censor substituit:

*Βλάπτουσα μᾶλλον ἤπερ ὠφέλησάς με.*

Niebuhrius apud Schneid. S. p. 208 coniectavit:

*Βλάπτουσα μᾶλλον ἤπερ ὠφελοῦσ' ἡμᾶς.*

## Fabula V.

*Γεωργός, Παῖς καὶ Κολοιοί.*

*Δυσμαὶ Πλειάδος ἦσαν ἐν σπόρου ὥρῃ·*
*καί τις γεωργὸς πυρὸν εἰς νεὸν σπείρας*
*φύλασσεν ἑστώς· καὶ γὰρ ἄκριτον πλήθει*
*μέλαν κολοιῶν ἔθνος ἦλθε δυςφώνων,*
*καὶ ψᾶρες ὀρύκται σπερμάτων ἀρουραίων·*
*τῷ δ᾽ ἠκολούθει σφενδόνην ἔχων κοίλην*
*παιδίσκος· οἱ δὲ ψᾶρες ἐκ συνηθείας*
*ἤκουον, εἰ τὴν σφενδόνην ποῦ ἰθύκει,*
*καὶ πρὶν βαλεῖν ἔφευγον· εὗρε δ᾽ αὖ τέχνην*
*ὁ γεωργὸς ἄλλην· τόν τε παῖδα φωνήσας*
*ἐδίδασκεν· ὦ παῖ χρὴ γὰρ ὀρνέων ἡμᾶς*
*σοφῶν φίλους δηλῶσαι· ἡνίκ᾽ ἂν τοίνυν*
*ἔλθωσιν αὖθις, ἐγὼ μὲν ἄρτον αἰτήσω,*
*σὺ δ᾽ οὐ τὸν ἄρτον, σφενδόνην δέ μοι δώσεις.*
*οἱ ψᾶρες ἦλθον καὶ νέμοντο τὴν χώραν·*
*ὁ δ᾽ ἄρτον αἰτεῖ καθάπερ εἶχε συνθήκην·*
*οἱ δ᾽ οὐκ ἔφευγον· τῷ δ᾽ ὁ παῖς λίθων πλήρη*
*τὴν σφενδόνην ἔδωκεν· ὁ δὲ γέρων ῥίψας.*
*τοῦ μὲν τὸ βρέγμα, τοῦ δ᾽ ἔτυψε τὴν κνήμην,*
*ἑτέρου τὸν ὦμον· οἱ δ᾽ ἔφευγον ἐκ χώρης.*
*γέρανοι συνήντων καὶ τὸ συμβὰν ἠρώτων·*
*καί τις κολοιὸς εἶπε· φεύγετ᾽ ἀνθρώπων*
*γένος πονηρόν, ἄλλα μὲν πρὸς ἀλλήλους*
*λαλεῖν μαθόντων, ἄλλα δ᾽ ἔργα ποιούντων.*

---

Pedestrem sermonis incessum servavit Furia p. 153; certatim vero Coraes p. 271. et C. Schneiderus Annott. p. 50, hic quidem felicius, choliambos investigarunt, quos Schneiderus S. fab. XVI. p. 123. et Bergerus lib. I, 24. acceperunt. Apud Graecos hunc apologum prosaria

oratione conscriptum non repperi; Nostro tamen videtur usus esse qui fabulam Latinam XIX. apud Nilantum composuit inscriptam: Grus, Cornix et Dominus: *Grus et Cornix inter se coniuratione unita firmaverunt, ut Grus Cornicem ab aliis avibus defensaret, et Cornix illi futura praevidendo narraret. Quae dum ad agrum cuiusdam saepius advenirent, et grana quae olim sata fuerant, radicitus vellerent; videns Dominus agri doluit, et ait Puero: da mihi petram. Monuit Gruem, et caute se egerunt. Alia vero die audiens Cornix, quod petram quaereret, commonuit Gruem, ne mali aliquid pateretur. Perpendit homo ille, quod Cornix divinaret. Dicit Puero: quando dixero, da mihi offam, porrige lapidem. Ille veniens dixit Puero, ut daret offam; at ille porrexit lapidem; qui Gruem percussit, et crura eius fregit. Vulneratus Grus dixit Cornici: ubi sunt divina auspicia tua? cur me non monuisti, quia mihi taliter habuit provenire? Respondit: mea hic intelligentia culpabilis non est; sed omnium malorum sunt dolosa consilia, qui aliud dicunt et aliud agunt. Qui promissionibus innocentes inducunt, quos postea laedere non cessant.*

1. Vaticanorum verba: *Πλειάδος δυσμαὶ ἦσαν σπόρου ἐν ὥρῃ* choliambi loco habuit Coraes. Metro paulo violentius consuluit C. Schneiderus:

Σπορᾶς ἐν ὥρῃ Πλειάδος δύσεις ἦσαν.

At primum *σπόρου* non debuit mutari, quod eodem significatu usurpavit Herodotus VIII, 109: *καὶ σπόρου ἀνακῶς ἐχέτω*, licet Eustathius in Odyss. p. 1425, 61. *σπορᾶς*, Codex Schellershemianus *σπόρους* afferant. Deinde haud adducor ut *δυσμαὶ* Nostro eripiam si quidem Blomfieldus in Aeschyl. Perss. 237. vere observavit, *δύσις* semper in singulari numero apud veteres inveniri. Ac tametsi synizesin vocalium *ια* rarissimam (cf. Herm. El. D. M. p. 54.) Babrio concesseris, numeri tamen admodum inconcinni suspectam reddunt Schneideri S. emendationem:

*Πλειάδος δυσμαὶ ἦσαν ἐν σπόρου ὥρῃ.*

Neque Bergeri versum cuiquam arbitror probari:

*Ἦσαν σπόρου ἐν ὥρῃ Πλειάδος δυσμαί.*

Corruptionis originem C. III, p. 45. sq. ostendi. Equidem ut meae coniecturae non multum tribuam, fidem tamen aliquatenus faciunt Ionicae formae similiter oblitteratae, velut fab. XV, 1. νομῆα pro νομέα, fab. XVI, 21. ἔκπνειεν pro ἔκπνεεν refingendum est. Dactylus certe in pede secundo ne sit offensioni, cf. fragm. de Rheae sacerdotibus, 6. ex Bentleii emendatione:

*Περιιόντες ἐλέγοντο· τίς γὰρ ἀγροίκων.*

2. *Καί τις γεωργὸς ἐν κλήρῳ πυροὺς σπείρας* quae Vaticanorum scriptura est, tanquam choliambum venditavit Coraes. Peccavit praeterea vir optimus p. 172. quod fabulae *Γεωργὸς καὶ Πελαργὸς* haec ascripsit: *Τούτῳ προσήκει καὶ τὸ παρὰ τῷ Σουΐδᾳ ἐκ τοῦ Βαβρίου ἀποσπασμάτιον* λέξ. Νεός. Nam Suidas: *Νεός· ἡ νεωστὶ ἠροτριασμένη* (*ἠροτριωμένη* Paris. I.) *γῆ.*

*Καί τις γεωργὸς πυρὸν εἰς νεὸν σπείρας*
*φύλασσεν ἑστώς.*

Quos versus dudum C. Schneiderus et Bergerus in verborum contextum receperunt. Nam quod Saxo dedit:

*Καί τις γεωργὸς εἰς νεὸν πυροὺς σπείρας,*

haud scio an oculo fugitivo Suidam inspexerit. De Pleiadibus, quae serendi messisque tempus indicant cf. Hesiod. ἔργ. 385:

*Πληιάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων*
*ἄρχεσθ' ἀμήτου· ἀρότοιο δὲ δυσομενάων,*

et Voss. in Virg. Eclog. p. 124. et Georg. p. 127.

3. *ἐφύλαττεν* Vaticanorum scripturam Suidae auctoritati posthabui.

4. Observatio graculorum (cf. Aristot. Hist. Anim. IX, 19, §. 3.) sturnorumque (cf. Aristot. Hist. Anim. θ', ιη', §. 1. p. 379. ι, ιη', §. 5. p. 438. Schneid.) inde ab Homero vertit in vulgarem consuetudinem, cf. Iliad. XVI, 580:

*Ἴθυσεν δὲ διὰ προμάχων ἴρηκι ἐοικὼς*
*ὠκέϊ, ὅςτ' ἐφόβησε κολοιούς τε ψῆράς τε,*

et XVII, 755:

*Τῶν δ' ὥςτε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν.*

Differt autem Aristoteles, qui nominativi formam *ψάρος* tuetur.

5. *ψᾶρές τ' ὀρύκται* propter metrum nisi fallor C. Schneiderus edidit; anapaestum tamen idoneo loco positum esse praeter Grammaticorum praecepta docent exempla fab. XIX, 1:

*Στικτή ποτε πάρδαλις φορεῖν ἐκαυχᾶτο.*

fab. XII, 4:

*Ὦ τάν ὁ τόπος με λοιδορεῖ, σὺ μὴ καυχῶ.*

fab. XVII, 5:

*Καὶ μὴν ὁ πίθηκος ἐχθὲς εἶπε καὶ πρώην.*

fragm. VIII, 2:

*Κἀκεῖνος ἰδὼν (ἐν τῷ μέρει γὰρ ἡλώκει).*

Ceterum cum hac dictione cf. simillimum locum Anthol. Tom. IV. p. 206., Epigr. *ἀδέσπ.* CCCCXVI, 5. 6:

*Ἥνιδε καὶ κίχλην καὶ κόσσυφον, ἥνιδε τόσσους*
*ψᾶρας, ἀρουραίης ἅρπαγας εὐπορίης.*

7. *οἱ δὲ ψᾶρες*] *οἱ δ' ὄρνιθες* temere dedit Bergerus.

8. *ἰθύκει*] *ἰθύνει* Cor. *ᾐτήκει* Schneid. S. astipulante Bergero, vv. 13 et 14, ut videtur, decepti. Loci sententia haec est: Sturni per consuetudinem audiebant, quoties agricola fundam direxerat, scilicet strepitu admoniti.

9. *δ' αὖ* mihi placuit; *δὲ* Fur. et Cor. *δὴ* uterque Schneiderus. *δ' οὖν* Berg.

10. Articulum ante *γεωργὸς* omisit Saxo. *τόν τε*] *τότε* Codd. Locum primus correxit Coraes. Usus est Babrius constructione inde ab Epicis notissima: *φωνεῖν τινα.*

11. Si cui libuerit, probet cum Schneid. Sax. *δίδασκεν* pro *ἐδίδασκεν.* 12. Codicum depravatam scripturam:

*Σοφῶν δηλῶσαι φίλους· ἡνίκ' ἂν τοίνυν*

recepit Coraes. Epicorum licentiam si Nostro concesseris, hunc transpositis verbis scazontem habebis:

*Σοφῶν φίλους δηλῶσαι· ἡνίκ' ἂν τοίνυν.*

Sed hiatum istum non magis probarim quam qui extat in fragm. VII,

*Τῇ προςφιλεῖ δὲ κερδοῖ, ῇ προςωμίλει.*

C. Schneidero placuit:

*Σοφῶν προδηλῶσαι φίλους· ἐὰν τοίνυν.*

„Ex δηλῶσαι (inquit) feci προδηλῶσαι: *necesse est, ut, antequam aves istas prudentes aggrediamur, amicos iis esse nos monstremus.*" Haec tamen mutatio iusto liberior mihi visa est. Longe omnium speciosissimam coniecturam in medium protulit Schneiderus Saxo, Bergero probatam et Radulpho Rochettio, (vide Journ. des Sav. Févr. 1817. p. 113.):

*Σοφῶν φρένας φηλῶσαι· ἡνίκ' ἂν τοίνυν·*

Quippe φρένας φηλοῦν dixit Aeschylus Agam. 475. *Τερπνὸν τόδ' ἐλθὸν φῶς ἐφήλωσεν φρένας.* Usus item hac voce Menander apud Photium s. v. *Φηλοῦν.* Accedit fabulae hexametris conscriptae fragmentum apud Suidam s. v. *Φηλοῦν· ἀπατᾶν. Καὶ φηλωθεῖσα ἀντὶ τοῦ ἐξαπατηθεῖσα. Ἐν Μυθικοῖς·*

*Κέρδεσι φηλωθεῖσα θοὴ κεμάς —*

Praeterea scite sibi referuntur ὄρνεα σοφὰ et φρένας φηλῶσαι. Vel sic tamen Schneideri coniecturam addubitamus. Quo enim consilio panem ab agricola postulari credimus? scilicet ne fundae verbum graculi sturnique perciperent. Nae isti falluntur, qui tam hebetem in apologis fingendis Babrium fuisse arbitrentur. Equidem potius eo consilio a poeta ἄρτον scriptum esse suspicor, ut opinionem inducat, quasi avibus granivoris pabulum comiter sit proiiciendum. Idcirco cum iaceret agricola, tutae seminibus vescebantur; donec lapides non panem sibi admotum esse senserunt, et hominum accusantes perfidiam diffugere.

13. Cum Codd. Vaticanis lacunam Coraes reliquit:

*Ἔλθωσιν, ἐγὼ μὲν ἄρτον αἰτήσω.*

Lenis est C. Schneideri correctio: „Inserui (inquit) ὧδ', [post ἔλθωσιν], quod cum sensu salvo abesse posset, induxit metaphrastes." αὐτ' Berg. Cum Schneidero S. αὖ-

*θις* interposui cf. fab. XX, 13. *Ὥς δ' αὖθις ἐλθών*; anapaestus ne quem moretur, contulisse iuvabit fragm. XXIII.

*Λύκον δ' ἰδὼν ἐβόησεν ἐκ πόνου θνήσκω.*

fab. XVI, 1.:

*Ὄνον τις ἔτρεφε καὶ κυνίδιον ὡραῖον.*

Atque haud scio an fragm. XV. primus versus etiam contra Bentleii auctóritatem nōn sit refingendus:

*Ἀνὴρ μεσαιπόλιος δύ' ἐρωμένας εἶχεν.*

Hipponactis fragm. VII, versum primum post Hermannum El. D. M. p. 143.:

*Μιμνῆ κατωμυχαῖε, μηκέτι γράψῃς,*

Welckerus, cui „novum vocabulum incertae significationis" non placuit, sic disposuit:

*Μιμνητὲ κακομήχανε, μηκέτι γράψῃς,*

nam primam in *κακομήχανε*, ut mediam in *φάρμακον* produci sibi persuasit, cf. p. 52. Praestat Hermanni ratio; nisi forte ex librorum mendosa scriptura *κατωμήχανε* Hipponacti reddimus choliambum:

*Μιμνῆ κακῶν ἐπιμήχανε, μηκέτι γράψῃς,*

cui emendationi fidem facit oraculi apud Herodotum versus VI, 19.:

*Καὶ τότε δὴ Μίλητε κακῶν ἐπιμήχανε ἔργων.*

Anapaestum in quarto loco (nam de tertio supra expositum est), ferri posse docet Babrius apud. Suid. s. v. *Φωλάδι*·

*Φρίξας δὲ χαίτην ἔκθορε φωλάδος κοίλης.*

et fab. VI, 4.:

*Πολλοὺς σὺν αὐτῷ μηδενὸς αἰτίους θνήσκειν,*

iniuria a C. Schneidero tentatus. Itaque non erat, quod verecundius Welck. in Hippon. p. 45. de hac numerorum licentia dissereret.

16. *καθάπερ εἶχε συνθήκη* vana Bergeri suspicio.

17. *ἔφυγον* Fur. Cor. *ἔφευγον* metrum flagitabat.

18. *δέδωκεν* Coraes. Tribrachys quartam sedem obtinet, velut apud Phoenicem Colophonium, cf. Athen. XII, 530, E. v. 5:

*Οὐ παρὰ μάγοισι πῦρ ἱερὸν ἀνέστησεν*·

v. 10 et 11. *Κηρῶν τὰ δ' ἄλλα πάντα κατὰ πετρῶν ὤθει,*
*ὥς δ' ἀπέθαν' ὡνὴρ πᾶσι κατέλιπε ῥῆσιν.*
16: *Ἐγὼ Νῖνος πάλαι ποτ' ἐγενόμην πνεῦμα.*
21: *Φέρουσιν, ὥςπερ ὠμὸν ἔριφον αἱ Βάκχαι.*

Idem sibi indulsit Babrius fab. XIII, 6.:
*Οὐκ ἐσχόλαζον ἀλλὰ διετέλουν ᾄδων.*

fab. XVI, 1:
*Ὄνον τις ἔτρεφε καὶ κυνίδιον ὡραῖον*

et si vera est coniectura nostra fab. X, 3:
*Πρὸς αὐτὸν εἶπεν· ἀλλ' ἐνέχυρον καὶ δώσεις.*

19. *δὲ* Vatt. 20. Cum Vatt. Coraes *ἔφυγον*. 21. *ἠρώτουν* Schneid. S. 22. Bergeri inventum: *Καὶ τῶν ψαρῶν τις εἶπε.*

---

## Fabula VI.

*Δηχθεὶς ἀπὸ* (*ὑπὸ* Cor.) *Μύρμηκος καὶ Ἑρμῆς.*

---

*Νεώς ποτ' αὐτοῖς ἀνδράσιν βυθισθείσης,*
*ἰδών τις ἀδίκως ἔλεγε τοὺς θεοὺς κρίνειν·*
*ἑνὸς γὰρ ἀσεβοῦς ἐμβεβηκότος πλοίῳ,*
*πολλοὺς σὺν αὐτῷ μηδενὸς αἰτίους θνήσκειν·*
*καὶ ταῦθ' ὁμοῦ λέγοντος οἷα συμβαίνει,*
*πολλῶν ἐπ' αὐτὸν ἑσμὸς ἦλθε μυρμήκων,*
*σπεύδων ἄχνας τὰς πυρίνας ἀποτρώγειν.*
*ὑφ' ἑνὸς δὲ δηχθεὶς συνεπάτησε τοὺς πάντας·*
*Ἑρμῆς δ' ἐπιστὰς τῷ τε ῥαβδίῳ παίων,*
*εἶτ' οὐκ ἀνέξῃ, φησί, τοὺς θεοὺς ὑμῶν*
*εἶναι δικαστὰς οἷος εἶ σὺ μυρμήκων.*

---

Ante Furiam fab. CCCLXIII, qui ex Vaticanis apologum prodidit, ex Bodleiano Tyrwhittus p. CLXXII. nostrae simillimam publicaverat fabulam n. XCIV: *Ναῦν·*

ποτε μετὰ τῶν ἀνδρῶν βυθισθεῖσαν ἰδών τις ἀδίκως ἔλεγε τοὺς θεοὺς κρίνειν· δι' ἕνα γὰρ ἀσεβῆ συναπώλοντο καὶ ἀναίτιοι. Ταῦτα αὐτοῦ λέγοντος, μυρμήκων πολλῶν ὄντων ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ ἔτυχεν ἱστάμενος, συνέβη ὑφ' ἑνὸς δηχθῆναι τοῦτον· ὁ δὲ ὑφ' ἑνὸς δηχθεὶς συνεπάτησε τοὺς πάντας. Ἑρμῆς δ' ἐπιστὰς αὐτῷ καὶ τῇ ῥάβδῳ παίων εἶπεν· εἶτα οὐκ ἀνέχεις σὺ τοὺς θεοὺς δικαστὰς εἶναι, οἷος εἶ σὺ μυρμήκων. — Scazontibus primus fabulam astrinxit C. Schneiderus Annott. p. 43, quem subsecuti sunt Coraes p. 411. et Schneiderus S. fab. IV. Hinc in Anthologiam Lyricam transcripsit Mehlhornius p. 69, qui constantior esse debebat in nomine poetae scribendo.

1. Νεώς ποτε σὺν αὐτοῖς ἀνδράσι βυθισθείσης Codd. Coraes:

Νεώς ποτ' αὐτοῖς ἀνδράσι βυθισθείσης,

qui pusillum mendum praetervidit. Laudandus ille quod σύν, cui Bodleianae fabulae auctor μετά substituit, removit; utramque tamen structuram inde ab Epicis viguisse docent etiam quae nostrum in locum exempla congessit C. Schneiderus. Itaque non plane insulsa est Bergeri scriptura lib. I, 18, 1.

Νεὼς σὺν αὐταῖς ἀνδράσιν βυθισθείσης.

Ipse Schneideris obsecutus sum; paucis enim placituram arbitror scripturam, numerorum lege non refragante:

Ναῦν ποτε σὺν αὐτοῖς ἀνδράσιν βυθισθεῖσαν
ἰδών τις —

2. Cum prioribus Codicem Bodleianum expressi; nam Vaticana lectio:

ἰδών τις· ἀδίκους ἔλεγε τοὺς θεοὺς κρίνειν

minus mihi satisfacit. Alluditur ad vetustam Graecorum observationem: Interpp. Aesch. S. Th. 598. Antiphon. p. 139. §. 82.

3. ἐμβεβηκότος, πλείω πολλοὺς Codd. Pessime se expediit Coraes:

Ἑνὸς γὰρ ἀσεβοῦς συνεμβεβηκότος
πολλοὺς —

„Fortasse scribere voluit librarius πολλῷ πλείους." C.

Schneid. Facilitate commendatur eiusdem altera coniectura πλοίῳ, qua usus Bergerus haec pessime transformavit:

Ἀσεβοῦς γὰρ ἑνὸς τάχ' ἐμβεβηκότος πλοίῳ.

4. Invitis Codicibus editores hoc loco μηδὲν αἰτίους scripserunt. Laudavit C. Schneiderus Xenoph. Anab. VII, 1, 25: τὴν πόλιν τὴν οὐδὲν αἰτίαν. Recte quidem; sed emendationis necessitatem non probat; nam anapaestum h. l. ferendum esse docent fragm. XV, 1. XI, 1. Schneideri rationes probarunt Cor. Schneid. S. Berger. et Anglus in Mus. Cantabr.

5. ταῦτα Furia. 6. ἑσμός· πληθύς, (πλῆθος Suid.) ὄχλος· κυρίως τῶν μελισσῶν· παρὰ τὸ ἅμα πετομένας ἵεσθαι. Photius p. 20, 20 Pors. Idem tradidit Suidas s. v. Digna est quae laudetur observatio Eustathii p. 178, 15. βούλονται δὲ οἱ νεώτεροι ἐπὶ μελισσῶν οὐκ ἔθνος λέγειν, ἀλλὰ σμῆνος· μάλιστα δὲ ἑσμὸν μετὰ δασέος πνεύματος, ὡς δηλοῖ παρὰ Ἀριστοτέλει ὁ ἀφεσμός.

7. τὰς ἄχνας πυρίνας cum Furia Coraes. C. Schneiderum sum secutus, qui verba transposuit. Sine ullo fructu Bergerus:

Ἄχνας τὰς πυρίνας σπεύδων ἀποτρώγειν.

8. συνεπάτει ex Vaticanis temere recepit Coraes; recte uterque Schneiderus Bodleiani scripturam secuti sunt.

9. Refingere choliambos ex pedestri sermone quam sit periculosae plenum opus aleae sagacissimi Tyrwhitti docet lapsus; is enim cum in suo MS. repperisset verba: Ἑρμῆς δ' ἐπιστὰς αὐτῷ καὶ τῇ ῥάβδῳ παίων εἶπεν, Babrium sic scripsisse coniecit:

Ἑρμῆς δ' ἐπιστάς, εἶπε, τῇ ῥάβδῳ παίων.

„Quae quidem elegantissima sunt (inquit) et mythographiae genus exquisitissimum redolent." p. CLXXII.

10. εἶτ' οὖν κἂν ἐξῇ Vatt. εἶτ' οὐκ ἂν ἐξῆν Mehlhornius ex C. Schneideri coniectura dedit; nam verba εἶτ' οὖν κἂν ἐξῇ ferri non potuisse, non solum propter longam syllabam κἄν, sed etiam propter coniunctivum ἐξῇ, pro quo optativus ponendus fuerit. Suum οὐκ ἂν ἐξῆν,

*non licuisset?* confirmari Cod. Bodleiano, in quo verba Mercurii pariter interrogationem contineant: *εἶτα οὐκ ἀνέχεις σὺ τοὺς θεοὺς δικαστὰς εἶναι, οἷος εἶ σὺ μυρμήκων.* Ille quidem abusus est Bodleiana scriptura; *ἀνέχεις* enim omnino commendat Coraae coniecturam *ἀνέξῃ*, Schneidero S. et Bergero comprobatam. Annotare tamen libet, *ἀνέχεσθαι* usu minus vulgari cum infinitivo esse iunctum, cf. Valck. in Phoen. 550. et in Herodot. V, 19. collata Bernhardyi Synt. Gr. p. 477.

## Fabula VII.

### *Ζεὺς καὶ Ἐλπίς.*

*Ζεὺς ἐν πίθῳ τὰ χρηστὰ πάντα συλλέξας*
*ἔθηκεν αὐτὸν πωμάσας παρ' ἀνθρώπῳ·*
*ὁ δ' ἀκρατὴς ἄνθρωπος εἰδέναι σπεύδων,*
*τί ποτ' ἦν ἐν αὐτῷ καὶ τὸ πῶμα κινήσας,*
*διῆκ' ἀπελθεῖν αὐτὰ πρὸς θεῶν οἴκους*
*κἀκεῖ πέτεσθαι, τῆς δὲ γῆς ἄνω φεύγειν·*
*μόνη δ' ἔμεινεν Ἐλπίς, ἣν κατείληφε*
*τεθὲν τὸ πῶμα· τοιγὰρ Ἐλπὶς ἀνθρώποις*
*μόνη σύνεστι, τῶν πεφευγότων ἡμᾶς*
*ἀγαθῶν ἕκαστον ἐγγυωμένη δώσειν.*

Hanc de Iove et Spe fabulam ex Codice Harleiano (cf. Cap. III, p. 48) Tyrwhittus in Auctario edidit, postquam ex Codicis Bodleiani prosaria fabula non ita felici successu poetae choliambos redintegrare est periclitatus. Babrii epitomator fabulam sic breviavit: *Ζεὺς ἐν πίθῳ τἀγαθὰ πάντα συγκλείσας ἀφῆκε παρὰ ἀνθρώπῳ τινί. ὁ δὲ λίχνος ἄνθρωπος εἰδέναι θέλων τί ἐστιν ἐν αὐτῷ, τὸ πῶμα ἐκίνησε· πάντα δὲ ἐπετάσθησαν πρὸς τοὺς θεούς.* Babrii

choliambi extant apud Teucher. post Anton. Liber. p. 215. Herder. Zerstr. Blätter. Dritte Sammlung p. 187. Coraen p. 235. Schneider. Sax. p. 122. fab. XIII. Berger. 1, I, 2. The Philological Museum Vol. I, p. 292. fab. IV. ubi Levisius: Vocula ante *Βαβρίου* [cf. Cap. I, p. 14.] in MS. quod Tyrwhittus, aut qui in eius usum codicem inspexit Musgravius, legere non potuit, videtur esse *Versus*."

6. τῆς τε γ. Coraes et Livisius. ἄνω genitivo citerioris aevi auctores adiungunt cf. Schaef. Schol. Ap. Rh. Par. 4, 825. et quem laudavit Bernhardyus Synt. Gr. p. 158. Aelianum N. A. II, 32. VII, 45. VIII, 1. coll. Interpretibus Hesychii s. v.

7. κατειλήφει Schaeferi est coniectura Levisio probata.

8. Cf. Theognidis suavissimi versus 1135. sqq. Bekk.

Ἐλπὶς ἐν ἀνθρώποισι μόνη θεὸς ἐσθλὴ ἔνεστιν
ἄλλοι δ' Οὔλυμπονδ' ἐκπρολιπόντες ἔβαν.

10. Ammon. p. 46: Ἐγγυᾷ καὶ Ἐγγυᾶται διαφέρει. Ἐγγυᾷ γὰρ ὁ διδούς· ἐγγυᾶται δ' ὁ λαμβάνων, coll. Eustath. p. 1600, 4. Quod praeceptum si valeret, vitium subesset Babrii ἐγγυωμένη. At vide Lob. in Phryn. p. 468.

De fabulae origine Coraes Σημ. βρ. p. 438: Εἴληπται ἢ μᾶλλον παρῴδηται ἐκ τῶν Ἡσιόδου Ἔργων τε καὶ Ἡμερῶν ὁ μῦθος. ἐκεῖ γὰρ οὐκ ἀνήρ, ἀλλὰ γυνή, ἡ Πανδώρα, ἣν ἡ τὸ πῶμα τοῦ πίθου ἀφελοῦσα, ἐξ οὗ οὐ τἀγαθά, ἀλλὰ τὰ κακὰ ἐξελθόντα ἀνὰ πᾶσαν γῆν τε καὶ θάλασσαν ἐσκέδασθησαν. Classica de Pandora narratio extat apud Hesiodum v. 80. sqq.

## Fabula VIII.

### Ζεὺς καὶ Ἑρμῆς.

*Ζεὺς ὀστράκοις γράφονθ᾽ ἁμαρτίας Ἑρμῆν*
*ἐκέλευσεν εἰς κιβωτὸν αὐτὰ σωρεύειν,*
*ὅπως ἑκάστου τὰς δίκας ἀναπράσσῃ·*
*τῶν ὀστράκων δὲ κεχυμένων ἐπ᾽ ἀλλήλοις,*
*τὸ μὲν βράδιον, τὸ δὲ τάχιον ἐμπίπτει*
*εἰς τοῦ Διὸς τὰς χεῖρας εἴ ποτ᾽ εὐθύνοι·*
*τῶν οὖν πονηρῶν οὐ προςῆκε θαυμάζειν,*
*ἂν θᾶσσον ἀδικῶν ὀψέ τις κακῶς πράσσῃ.*

Quam Tyrwhittus ex Codice Bodleiano p. CLXXII. prodidit fabulam, eandem ex Vaticanis publici iuris fecit Furia p. 149; apud utrumque vero vv. 1—3. miseris modis sunt disiecti. Ipse apologum inscripsi *Ζεὺς καὶ Ἑρμῆς*, in Vaticanis autem materiem indicant verba: *Ἑρμῆς γράφων ὀστράκῳ τὰς ἁμαρτίας*, quae nisi fallor eodem iure pro versu iambico posuit auctor, quo ille qui Bodleianum Codicem inscripsit: *Αἴσωπος εὗρε τοῖς μύθοις πρᾶξιν βίου*. Cf. Cap. III, p. 47. Ann. 3. Scazontibus apologum vindicare non ausus est Coraes p. 412, qui satis habuit annotasse: *Καὶ οὗτος δ᾽ ὁ μῦθος εἰς στίχους ἐνετέτατο τὸ πάλαι, ὧν ἴχνη καταλέλειπται οὐκ ἀμυδρά.* Quo diligentiorem se praebuit C. Schneiderus Annott. p. 49, et qui hunc quibusdam in emendationis periculis superavit Buttmannus. Levisius The Phil. Mus. Vol. I, p. 303. post Schneiderum Saxonem p. 133. in fragmentis posuit apologum, qui primo apud illum, apud hunc vv. 1—3. caret. Integer est apud Bergerum l. I, 11.

1. Fabulae initium summopere exercuit viros doctos. Bodleianus incipit: *Ὁ Ζεὺς τὰς τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτίας ἐν ὀστράκοις τὸν Ἑρμῆν ὥρισε γράφειν καὶ εἰς κιβώτιον ἀποτιθέναι πλησίον αὐτοῦ.* Discrepant Vaticani: *Ὀστράκῳ γράφοντα τὸν Ἑρμῆν ἁμαρτίας ἐκέλευσεν ὁ Ζεὺς εἰς κιβωτὸν σωρεύειν.* Nil moramur Coraen: *Ὀστράκῳ ἐγγράφειν τὸν*

Ἑρμῆν τὰς ἁμαρτίας ἐκέλευσεν ὁ Ζεὺς καὶ εἰς κιβωτὸν ταύτας σωρεύειν. Buttmannus autem apud Schneiderum p. 213. hosce effecit versus:

Ζεὺς ὀστράκοις γράφονθ᾽ ἁμαρτίας Ἑρμῆν
ἐκέλευσε ταύτας εἰς κιβωτὸν σωρεύειν
ἵν᾽ ἐρανίσας ἑκάστου τὰς δίκας πράσσῃ.

Quorum primus sine dubio est integerrimus, non item reliqui. Contra Saxo: „equidem (inquit) θνητῶν desidero, quod primo versui insero, Ἑρμῆν in alterum translocato.“ Vellem ex sua coniectura numeros disposuisset. Sequitur C. Schneideri medela:

Ζεὺς ὀστράκῳ γράφονθ᾽ ἁμαρτίας Ἑρμῆν
ἐκέλευσεν εἰς κιβωτὸν αὐτὰ σωρεύειν
ὅπως ἑκάστου τὰς δίκας ἀναπράσσῃ.

Iure omnes MS. Bodl. secuti vocem Ζεὺς initio posuere fabulae, praeter Coraen qui cum MSS. Vaticanis postposuit. Corruptelae originem significavi Cap. III, p. 45. Ne articulus contra Bodleiani et Vaticanorum auctoritatem omissus sit offensioni, idem accidit in sanissimae fabulae initio VII, 1:

Ζεὺς ἐν πίθῳ τὰ χρηστὰ πάντα συλλέξας

C. Schneiderus, quod miror, Vaticanorum ὀστράκῳ retinuit, ὀστράκοις Bodleiano suppeditante. Idem pro ταύτας (inquit) scripsi αὐτά, sc. τὰ γεγραμμένα. Metaphrastes scripsit ταύτας, ut cum ἁμαρτίας conveniret. Sed saepe adiectiva neutrius generis componuntur cum substantivis utriusque generis ita, ut haec ipsa tanquam res genere carentes cogitentur. Sic Hippocrates aphorismis 7, 71. ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα μᾶλλον μετρίου γιγνόμενα, κακόν.“ Quae tametsi huc nihil faciunt, coniecturam tamen fateor mihi probari. Nam praeterquam quod ταύτας metro adversatur, parum commoda efficitur sententia; non tam peccata quam quibus sunt inscripta tesseris coacervari Iupiter iubet. Bergero placuit:

Γράφοντ᾽ ἐν ὀστράκοις ἁμαρτίας Ἑρμῆν
ὁ Ζεὺς εἰς κίστην τιν᾽ ἐκέλευσε σωρεύειν.

*κίστην* quod ne sensum quidem aptum efficit unde sumpsit? Nimirum quod saepissime cum aliis tum Bergero usu venit, ut Lexicographos versantes levissimo iudicio auctoribus quodlibet vocabulum, dummodo syllabarum numerus exigeretur, obtruderent, idem illi accidit, qui usus est vel Ammonio p. 82: *Κιβωτὸς καὶ κίστη διαφέρει· κιβωτὸς μὲν γάρ ἐστιν ἡ ξυλίνη· — κίστη δὲ ἡ πλεκτή* (quo Lexicographi articulo restituendus est Etymologici Gudiani locus p. 321, 23, 24.), vel Thoma Mag. p. 207, 11. Ed. Hal.: *Κιβωτὸς καὶ κιβώτιον ἐκ ξύλου· κίστη δὲ πλεκτή.* Scholiastes Homeri Vossianus in Il. π', 254. Laconicum dicit esse *κιβωτὸς* vocabulum; is enim diversa huius supellectilis nomina sic distinguit ad vocem Hom. *χηλῷ· παρὰ τὸ κῆλον, ὅ ἐστι ξύλον· οἱ δὲ παρὰ τὸ χῶ, τὸ χωρῶ· καλεῖται δὲ παρὰ μὲν Λάκωσι, κιβωτός, παρὰ δὲ Ἀττικοῖς, λάρναξ* (quo vocabulo Suidas et Photius p. 163, 15. alterum illud *κιβωτὸς* explicuerunt), *παρὰ δὲ Μυτιληναίοις, ἀντίπηξ,* quod recurrit in Amonii glossa: *διὸ καὶ ἀντίπηξ καλεῖται.* Supellectilis usum indicavit Suidas s. v. *Κιβωτὸς καὶ κίστις διαφέρει,* cf. Ammonium; ille pergit: *ὅτι ἡ μὲν κίστις εἰς ὑποδοχὴν ἐστιν ἐδεσμάτων· ἡ δὲ κιβωτὸς ἱματίων καὶ χρημάτων,* cui adversantur Auctores Etym. Magn. p. 465, 49. et Etym. Gudian. p. 321, 6, secundum quos derivatur vocabulum *παρὰ τὸ κεῖσθαι ἐκεῖ τὴν βόσιν* (*βρῶσιν* Gud.), *ἤγουν τὴν τροφήν.* Alia est Orionis apud eosdem notatio. Primam tamen vocabuli syllabam producendam esse uterque tradidit. — *σωρεύειν,* quod Bodleiani Codicis auctor circumscripsit *ἀποτιθέναι πλησίον αὐτοῦ,* recurrit apud Nostrum fab. XIII, 2.

3. *ἵν' ἐρανίσας* Vaticanorum placebat Buttmanno, cuius emendatio choliambi leges violat; sed Coraes p. 412: *γραπτέον* (inquit) *εἶναί μοι δοκεῖ, Ἐρευνήσας.* Illud tamen interpolantium esse, quis non concesserit? Praeterea pro *ἀναπράσσῃ,* quod Bodl. et Vatt. agnoscunt, *πράσσῃ* Buttmannus refinxit. Verum Tyrwhittus vidit.

4. *συγκεχυμένων δὲ τῶν ὀστράκων ἐπ' ἀλλήλοις* Bodl. *τῶν ὀστράκων δὲ κεχυμένων ἀλλήλοις* Vatt., ex quibus inter-

posito ἐπ' versus facile resarcitur. Possis tamen etiam sic numeros reficere:

Συγκεχυμένων τῶν δ' ὀστράκων ἐπ' ἀλλήλοις.

Superest ut numerorum rationem reddam; tertio enim pede tribrachys positus est, ut supra fab. II, 4. et in Phoenicis Colophonii versu ibidem laudato. Adde eiusdem versum apud Athen. XI, p. 495,

Ἐὼν ἄριστος ἔλαβε πελλίδα χρυσῆν.

Et apud Babrium fab. XII, 2.

Ἀρνειὸς αὐτὸν ἔλεγε πολλὰ βλασφήμως.

Coniectura tamen nititur versus fab. XI, 2.

Λέοντα δ' αὐτὸν ἐπεκάλουν· ὁ δ' ἀγνώμων,

cui alter accedit locus fab. XVIII, 15.

Τὸν ὡρόμαντιν ἀπολέσας με, πῶς γνώσῃ.

5. Comparativi βράδιον mediam syllabam corripiunt Iones quam Noster produxit, cf. Burneium in Markl. Eurip. Suppl. 1101, qui Babrii loco usus est. Τάχιον item ῑ producit, cuius licentiae exemplum reperitur apud Antipatrum Sidon. Epigr. I, 3.

Εἰς Ἀίδην μία πᾶσι καταίβασις· εἰ δὲ τάχιον.

Multum de hac comparativi forma praeter Burneium l. l. s. v. Ταχίων Lexicographorum Interpretes disputarunt cf. Lob. in Phryn. p. 76, sqq. Nostro loco vel ipso metro vocabulum satis videtur esse firmatum, neque emendationi locum concesserim quamquam usitatior comparativi forma θᾶσσον v. 9. posita adhortatur; talia enim Babrii aetatem satis aperte produnt.

8. Ἄν Vaticanorum retineo, cf. fab. IX, 6. C. Schneiderus qui Atticorum Nostrum esse sequacem sibi persuasit „ἤν scripsit pro ἐάν, nam ita ἐάν semper contrahitur apud Atticos." Recte idem et Coraes πράσσῃ pro πράσσει Vatt. scripserunt, quorum ille τίς interponendo numeros restituit.

Ceterum populares rationes, quibus sera numinis vindicta demonstraretur, persequitur Valckenarius Diatrib. c. XVIII.

## Fabula IX.

*Κώνωψ καὶ Ταῦρος.*

---

*Κώνωψ ἐπιπτὰς κέρατι καμπύλῳ ταύρου·*
*μικρὸν δ᾽ ἐπισχὼν εἶπε ταῦτα βομβήσας·*
*εἴ σου βαρύνω τὸν τένοντα καὶ κλίνω,*
*καθεδοῦμ᾽ ἀπελθὼν ποταμίαις ἐν αἰγείροις.*
*ὁ δ᾽ οὐ μέλει μοί φησιν· οὔτ᾽ ἐὰν μείνῃς*
*οὔτ᾽ ἂν ἀπέλθῃς· οὐδ᾽ ὅτ᾽ ἦλθες ἐγνώκειν.*

---

Apologum debemus Dositheo Magistro, qui Interpretamentorum libro tertio p. 36. Boecking. eum vertit: *Culex sedit adveniens cornu curvo tauri, et post paululum dixit haec fritinniens: si te gravo cervicem et incurvo, discedam dormiturus in fluminalibus populis. [Ille autem, nihil] ad nos pertinet, inquit, nec si maneas nec si discedas, nec quando veneris, ego scivi.* Ex Codice Vossiano (cf. Cap. III, p. 46.) primus fabulam emendatiorem publicavit Tyrwhittus p. CXCII, cuius ex Dissertatione repetita est a Teuchero post Anton. Lib. p. 214, Corae p. 138, Schneidero Sax. fab. XVIII. Bergero l. I, 4. Levisio fab. III, p. 292. In fabula edenda Vossiano Codice denuo usus est Boeckingius fab. XVI.

1. *επιτας κεπατι* Voss. a Tyrwhitto probabiliter ita emendatus, ut Dositheum ab instituto suo aberrasse ponamus; is enim cum plerumque verbo verbum reddat, hoc loco dissidet; quapropter fortasse alicui probabiliora proponere continget insistens vel prosariae fabulae CCXVII. apud Neveletum vestigiis: *Κώνωψ ἐπὶ κέρατος βοὸς ἐκαθέσθη, καὶ ἤυλει. εἶπε δὲ πρὸς τὸν βοῦν, εἰ βαρῶ σου τὸν τένοντα, ἀναχωρήσω. ὁ δὲ ἔφη· οὔτε ὅτε ἦλθες ἔγνων, οὔτε ἐὰν μένῃς, μελήσοι μοι* —, vel Gabriae testrastichis:

*Κώνωψ καθῆστο πρὸς κέρας ταύρου πάλαι,*
*ὅνπερ κέλευεν, εἴπερ ἐκπτῆναι θέλει·*
*ἤκουσε δ᾽ ὥςπερ οὐκ ἔγνω καθήμενον,*
*οὕτω δὲ μὴ πτήσαντος αἴσθησιν λάβῃ.*

Nam ut in Dosithei interpretatione **sedit**, ita in fabula prosaria ἐκαθέσθη sive quod Furia σϛδʹ ex coniectura dedit ἐκάθητο, et καθῆστο apud imitatorem recurrit. Displicet Dobraei Adv. I, p. 559. coniectura κράτί, licet vera sit observatio, κέρατος mediam syllabam produci, quam licentiam minus Babrii ex prosaria fabula restituto versu quam aliorum auctorum testimoniis infra comprobabimus. — ταῦρον] ταυρος Voss. 2. δ' ἐπισχὼν εἶπε] δε επισχον ειπεν. τ' post Coraen Schneid. S. Berg. Levis. quod Dositheus quoque interpretatione expressit. βομβήσας.] Quamvis βομβεῖν de apibus saepissime usurpetur, cf. Poll. I, 254. V, 89. Eustath. 1718, 9. et Epigr. ἀδ. CCCCLXVII, 2. βομβήεσσα μέλισσα reperiatur, tamen in Anonymi Lex. περὶ φωνῶν ζῴων post Amm. Valck. p. 230. verbis: Κώνωψ σφικᾷ, Μέλιττα βομβεῖ corruptelam residere suspicor. 3. τεναντα Voss. 4. 5. Tyrwhitti dedi coniecturam, nam Codex: καθεύδομαι. η. κατελθω. |ποταμιοσις. ιναιγιροις| οδε. ουμελι. μοι. Et interpretatione: Ibi sedebo [susprascriptum est dormio] aut discedo fluminalib. popaulis| ad nos pertinet. Hinc meliora fortasse eruenda. ουταν Voss. Deinde ex eodem μειης Tyrwh. Tacet Boeckingius. 6. οὐτε. οτε. ηλθης. εγνωκιν. Voss.

---

## Fabula X.

### Λέων καὶ Ἀετός.

Λέοντι προςπτὰς ἀετός ποτ' ἐζήτει
κοινωνὸς εἶναι· χὠ λέων, τί κωλύει;
πρὸς αὐτὸν εἶπεν· ἀλλ' ἐνέχυρον καὶ δώσεις
ταχύπτερόν σε μὴ μεθεῖναι τὴν πίστιν,
πῶς γὰρ φίλῳ σοι μὴ μένοντι πιστεύσω;

---

Coraes p. 267: Ἐμέρισα (inquit) εἰς δωδεκασυλλάβους στίχους, τοὺς πρότερον ἐν πεζοῦ λόγου σχήματι γεγραμμένους,

nimirum apud Furiam p. 146, cuius ex editione choliambico metro apologum reddidit C. Schneiderus Annott. p. 41. Schneiderus Saxo. fab. II. Berg. l. I, 15. et quos Levisius p. 294. laudavit Blomfield. Mus. Cantabr. p. 412. et Burges. the Class. Jour. Vol. XXV, p. 370.

1. αἰετὸς Schneiderus S. ex Buttmanni emendatione non probabili. Lacuna erat in versu, quam post Coraen pleraque editorum pars interposito ποτ' ante ἐζήτει Vaticanorum explerunt; solus enim C. Schneiderus τὶς inseruit. Illorum ratio placuit, medela est facillima. Ipse olim tentabam ἐπεζήτει quod huic loco aptum videbatur esse; significat enim: sedulo quaerebat, cf. fab. III, 3. Nam variòs in Vaticanis MSS. observabam locos qui aperte arguebant, syllabam ἐπ aut librarii aut legentis culpa excidisse. Sic fab. VIII, 4 ἀλλήλοις illi libri, ubi recte Bodleianus ἐπ' ἀλλήλοις; reliquam tamen versus partem recte illi suppeditant. Idem vitium recurrit fab. CCCLX:

*Λέοντα δ' αὐτὸν ἐκάλει. ὁ δ' ἀγνώμων.*

Repone:

*Λέοντα δ' αὐτὸν ἐπεκάλουν· ὁ δ' ἀγνώμων.*

ut recte Bergerus coniectavit; duplici enim labe versus fuit affectus. Sed nostro loco numeri refragantur.

2. De verbi κωλύω media syllaba Schneiderus ex Hermanni libro de em. rat. gr. gr. excitavit Anonymi observationem p. 432: *Τὰ διὰ τοῦ υω ῥήματα, κωλύω, μηνύω, μύω, θύω, λύω, ῥύω, καὶ τὰ ὅμοια, κατὰ μὲν τὸν ἐνεστῶτα ἔχουσι καὶ μακρὸν καὶ βραχὺ τὸ υ, κατὰ δὲ τὸν μέλλοντα ἀεὶ μακρόν.* — χρῷ Vatt.

3. Invito metro ἀλλ' ἐνέχυρον δώσεις cum Vaticanis Coraes et Schneiderus S. οὖν δώσεις Buttmann. Probabilior Blomfieldi est emendatio ἐνέχυρόν μοι δώσεις, quam antea tamen C. Schneiderus iam dederat. ἐνέχυρά μοι δώσεις Bergerus Levisio sequace. ἐνέχυρα γ' οὖν δώσεις Burgesius. Quorum vero nullus verum vidit; conieci ἀλλὰ καί, quod respondentis sermonem inducit. Sic fab. IV, 5. mustelae defensionem excipit interfector:

ἀλλὰ καὶ πάσας
ἔπνιγες ὄρνις. —

Idem particulae nexus recurrit fab. XV, 5. ἐνέχυρον probavi, quod Atticis abiudicat Thomas Mag. p. 107, 8. Ed. Hal.: Ἐνέχυρα Ἀττικοί, ἐνέχυρον Ἕλληνες, cuius a partibus stat Moeris s. v. Ῥύσιον. Frustra! nam reperitur in Aristoph. Plut. 451:

οὐκ ἐνέχυρον τίθησιν ἡ μιαρωτάτη,

cuius ex Scholiaste hausit Suidas s. v. Ἐνέχυρον· τὸ διδόμενον ὑπὲρ χρέους. οὐ μόνον ἐνέχυρα φασιν, ἀλλὰ καὶ ἐνέχυρον. Accedit Antiphanis apud Athen. XI, p. 459, B. versus:

— Ἐνέχυρον ἀποφέροντά σοι.

Et Alexis in Adelph. apud Athen. VI, p. 223. F.

Οὔκ, ἀλλ' ἀπέδωκας ἐνέχυρον δήπου λαβών.

Plura dedit Spanhemius in Aristoph. l. l., coll. Piers. in Moer. pp. 8. 338.

4. Codicum scripturam retinui. Neque Censoris in Ephem. Vindob. placet versus:

Ταχύπτερόν τὴν πίστιν οὐ μεθεῖναί σε,

neque Burgesii verborum transpositio:

Σὲ μὴ μεθεῖναι τὴν ταχύπτερον πίστιν

quem Levisius p. 390. improbavit: „but this collocation of the words is inadmissible." μεθήσεμεν π. Berger. Babrius μεθιέναι coniunxit cum accusativo, qui Atticorum usus est; contra Homerus cum genitivo iunxit: τὸ δὲ μεθιέμεναι ὅτι γενικὴν φιλεῖ παρὰ τῷ ποιητῇ σύνταξιν, οὐκ ἔστιν ἀμφιβαλεῖν. Μεθεῖναι πίστιν similiter est dictum illo: γνώμην μεθεῖναι, quod passim apud Herodotum legitur.

## Fabula XI.

### Λύκος καὶ Ἀλώπηξ.

Λύκος τις ἁδρὸς ἐν λύκοις ἐγεννήθη·
λέοντα δ' αὐτὸν ἐπεκάλουν· ὁ δ' ἀγνώμων
τὴν δόξαν οὐκ ἤνεγκε· τῶν δὲ συμφύλων
ἀποστάτησας τοῖς λέουσιν ὡμίλει.
κερδὼ δ' ἐπισκώπτουσα, μὴ φρενωθείην,
ἔφη, τοσοῦτον, ὡς σὺ νῦν ἐτυφώθης·
σὺ μὲν γὰρ ἀληθῶς ἐν λύκοις λέων φαίνῃ,
εἰς δ' αὖ λεόντων σύγκρισιν λύκος φαίνῃ.

Choliambis apologum ex Furiae collectione p. 147. reddidit Coraes p. 267. eodemque tempore C. Schneiderus Annott. p. 42. Hos subsecuti sunt Schneid. S. p. 117, Berger. l. I, 16. Blomfield. Mus. Cant. p. 412. Burges. l. l. Vol. XXV, p. 370. Levisius p. 294.

1. ἐγενήθη Codd. De quo mendo quod sustulit Coraes cf. C. Schneid. Indic. 2. Codicum scripturam λέοντα δ' αὐτὸν ἐκάλει probavit Coraes. Reposuit ὠνόμαζ' C. Schneiderus; nimirum (inquit) is, qui haec carmina descripsit, saepe verba poetae, temere an consulto, mutavit, omisit, transposuit, ita tamen, ut in plerisque genuina lectio vel certo restitui vel divinando attingi queat." Tam verum, quam huic versui alienum; quid enim quaeso est: semet ipse leonem cognominavit, coll. cum sequentibus ὁ δ' ἀγνώμων τὴν δόξαν οὐκ ἤνεγκε —? Epimythia quamquam plerumque nullius esse solent pretii, interdum tamen ad consilium fabulae perspiciendum aliquid iuvant. Sic huius fabulae epimythium: Πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν κολάκων οὐκ ὀρθῇ κρίσει ἐπαινουμένους καὶ μέγα φρονοῦντας, ἐλεγχομένους δὲ ἑαυτοὺς ἐπιγινώσκειν, arguit, eius auctorem neque δ' αὐτὸν ἐκάλει neque δ' αὐτὸν ὠνόμαζ' in fabula repperisse. Sensum recte Buttmannus perspexit, coniectura δ' αὐτόν τις ἐκάλει displicet. Neque magis δ' αὐτὸν ὠνόμασαν Levisii comprobarim; nam Blom-

fieldi et Burgesii αὐτὸν ἐκάλεσαν choliambi numerum pervertit. Solus Bergerus verum vidit, cuius emendationem probant, quae in fab. X, 1. de omissione syllabae επ dixi. Porro in describendis verborum terminationibns saepius esse peccatum perspicitur ex fab. VI, 8. ubi pro Vaticanorum innumero συνεπάτει recte Bodleianus συνεπάτησε. 3. ἤνεγκεν Vatt. τῶν συμφύλων ἀποστατήσας]. Sic Aristophanes Avv. 313.

*Οὑτοσὶ πάλαι πάρειμι, κοὐκ ἀποστατῶ φίλων.*

5. 6. *Κερδώ·* ὑποκοριστικῶς ἡ ἀλώπηξ. — μὴ φρενωθείην Vatt. Furia locum interpretatus est: Ne mihi contingat, ait, desipere tantum, quantum tu nunc fastu tumescis," ubi φρενωθῆναι non recte intellexit. Bergerus: μὴ 'κφρενωθείην, quam coniecturam una cum annotationis parte probalili, tacito auctoris nomine, transcripsit ex Coraae Σημ. βρ. p. 440: *Μὴ φρενωθείην*] Ἢ ἐπὶ τὸ φρενοματισθείην ἐκδεκτέον τὸ φρενωθείην, ἢ γραπτέον Μὴ 'κφρενωθείην, παρὰ τὸ μήπω καταχωρισθὲν ἐν τοῖς Λεξικοῖς Ἐκφρενοῦσθαι, τουτέστιν, ἔξω φρενῶν γίνεσθαι. Nihil opus est coniectura; φρενόω ex Hesychii doctrina est διδάσκειν, νουθετεῖν, sive ut Scholiastes in Soph. Trach. 52. explicuit εἰς φρόνησιν ἄγειν; adde Suidae glossam Φρενωθῆναι· ἀντὶ τοῦ σωφρονισθῆναι. Vulpecula enim: utinam, inquit, ne tantopere ad sanam reducerer mentem, quantopere tu nunc ad fastum pelliciebare... Τυφωθῆναι quod recurrit fragm. VII, notionem diversam tradidit Harpocratio s. v. Τετύφωμαι· ἀντὶ τοῦ ἐμβεβρόντημαι, ἔξω τῶν φρενῶν γέγονα· ἤτοι ἀπὸ τῆς βροντῆς, ἢ ἀπὸ τῶν ἐπὶ τὸν Τυφῶνα καταφερομένων σκηπτῶν ἢ ἀπὸ τῶν καλουμένων πνευμάτων, ἃ δὴ καὶ αὐτὰ ἐξίστησιν ἀθρόως καταῤῥαγέντα, quem in locum cf. Valesius p. 396. Lips. et Iacobs. in Achill. Tat. p. 459.

7. σὺ γὰρ ἀληθῶς ἰὲν λύκ. λ. φαίνῃ cum Vaticanis Coraes. Deest syllaba. σὺ μὲν γ' ἀλ. C. Schneid. σὺ γάρ τ' ἀλ. Schneid. S. Buttmannus γε vel ὡς interponi malebat; hoc postea Levisius qui φαίνει hoc dedit et sequenti versu, probavit. Perturbavit numeros Blomfieldus:

*Σὺ γὰρ ἀληθῶς μὲν ἐν λύκοις λέων φαίνῃ.*

Nam Bergerianus versus totus displicet:

*Σὺ γὰρ τἀληθὲς ἐν λύκοις λέων φάνθης.*

Ipse μὲν ante γὰρ interposui; anapaesti secunda in sede positi licentiam probavi fab. V, 5. Duplex φαίνῃ non sine vi quadam horum versuum in fine repetitum esse contra Bergeri Censorem statuo. Eodem consilio fab. XIV. 6, 7. poeta ψεῦδος iteravit.

---

## Fabula XII.

*Λύκος καὶ Ἀρνειός.*

*Λύκος παρῄει τριγχόν, ἔνθεν ἐκκύψας*
*ἀρνειὸς αὐτὸν ἔλεγε πολλὰ βλασφήμως·*
*κἀκεῖνος εἶπε τὰς σιαγόνας πρίων·*
*ὦ τὰν ὁ τόπος με λοιδορεῖ, σὺ μὴ καυχῶ.*

Tres huius fabulae priores versus Suidae debemus, quartum Tyrwhitto, qui eum restituit ex Bodleiani Codicis prosaria narratione n. LXXX: *Λύκος διήρχετο ἔξωθεν τείχους, ἔνθα ἀρνὸς παρακύψας ὕβριζε πολλὰ τὸν λύκον. κἀκεῖνος ὀδόντας τρίζων εἶπεν· ὁ τόπος με λοιδορεῖ, σὺ μὴ καυχῶ.* Nam multo integrior ille est apologus et Babriano propior, quam qui in Planudea collectione CXXXXVIII. extat: *Ἀρνὸς ἐφ᾽ ὑψηλοῦ τόπου ἱστάμενος λύκον κάτωθεν παριόντα τὴν ὁδὸν ἔσκωπτε καὶ θηρίον αὐτὸν ἀπεκάλει καὶ ὠμοβόρον. ὁ δὲ λύκος στραφεὶς εἶπε πρὸς αὐτόν· οὐ σύ με λοιδορεῖς, ἀλλ᾽ ὁ πύργος, ἐν ᾧ ἵστασαι.* Ἔριφος agni fungitur vicibus in edit. Accursiana cf. fab. CXXXIX. Heus. *Ἔριφος ἐπί τινος δώματος ἑστώς, ἐπειδὴ λύκον παριόντα εἶδεν, ἐλοιδόρει καὶ ἔσκωπτεν αὐτόν· ὁ δὲ λύκος ἔφη· ὦ οὗτος, οὐ σύ με λοιδορεῖς, ἀλλ᾽ ὁ τόπος.* Ba-

brii apologum ex Tyrwhitti libro descripserunt Teucher. post Ant. Lib. p. 214. Cor. p. 82. (quarto versu omisso), Schneiderus S. p. 134. Bergerus l. I, 5. Burges. Vol. XXV, p. 28. Levisius p. 301.

Versum priorem et secundum excitavit Suidas s. v. *Τριγχός· τειχίον, στεφάνη, περίφραγμα· Βάβριος.* Ubi tamen poetae nomen priorque versus Codici Leidensi desunt, et Parisinus I. *ἐκκύψας ἔνθεν* parum commode transponit. De vocabuli *τριγχὸς* significatu exposuit Blomfield. in Aeschyl. Agamem. 1254; eiusque notionem et diversae scripturae originem tradidit Eustath. p. 1570, 14: *ὁ δὲ θριγκὸς ἤγουν ἡ τῶν τοίχων κόμη ἢ στεφάνη ἢ στεφάνωσις, παρὰ τὴν τρίχα γίνεται, τριχός. καὶ ἐπενθέσει τοῦ ν πρός τε καλλιφωνίαν καὶ διαφορὰν τῆς τριχός, γίνεται τριγχός. ἀλλαγέντων δὲ τῶν ἀφώνων εἰς τὰ ἀντίστοιχα· τούτοις, γίνεται θριγκός. ἤγουν φραγμὸς ὑπερκείμενος καὶ οἱονεὶ τριχῶν δίκην κοσμῶν· ἔχει δὲ ἡ λέξις καὶ ἀναδρομὴν γενικῆς τῆς τριχός, εἰς εὐθεῖαν τήν, ὁ τριγχός. ἐξ οὗ ὁ θριγκός,* coll. 1748, 47. *Θριγκὸς* formam agnoscit Etym. Magn. s. v. *Ἐθρίγκωσε*, coll. p. 455, 52. Etym. tamen Gudian. praeter *Θριγκοὶ* p. 265, 16. *Τριγχὸς* posuit p. 535, 16. Praeterea utramque servavit formam Suidas, Photius, p. 95, coll. 601. Pors. — Altera *τριγχὸς* reperitur apud Timaeum s. v. *Σηκός* et in Moeridis corrupta voce *στριγχῷ* s. a. *Σηκὸς* latet. Haec satis arguunt Passovii sententiam non firmis inniti argumentis, *τριγχὸς* perversam vocis esse scripturam. Illo cautior Ruhnkenius qui in Tim. p. 231: Pro *τριγχῷ* (inquit) malim *θριγκῷ*; etsi non ignoro reperiri formas *θριγγός, θριγχός, τριγγός, τριγκός, τριγχός.* Vide Epist. Crit. II. p. 208."

2. *ἀρνειός.* *ἀρνειοὶ* Ammonio p. 24. sunt *οἱ προήκοντες τῇ ἡλικίᾳ.* Prosariae fabulae *Ἀρνὸς* citerioris aevi est nominativus, qui reperitur apud Polluc. VII, 184: *εἶτα εἴποις ἀρνὸν ὃς καὶ ἀρὴν παρὰ ποιηταῖς.* Ammonii Schedae Kul. *Διαφέρει ἀρνειὸς καὶ ἀρνός, ὅτι τὸ μὲν ἀρνειὸς σημαίνει τὸν τέλειον, τὸ δὲ ἀρνὸς τὸν νέον.* Sic apud Gellium IV, 3: PELEX. ASAM. IUNONIS. NE. TAGITO. SI.

TAGET. IUNONI. CRINIBOUS. DEMISSIS. ARNUM. FEMINAM. CAIDITO.

3. Hunc versum excitavit Suidas s. v. *Πρίων.* — *Καὶ Βάβριος.*

*Κἀκεῖνος εἶπε τὰς σιαγόνας πρίων.*

*ἀντὶ τοῦ βρύκων.* Propter choliambi leges reieci *δ'* quod ante *εἶπε* Parisinus I. inserit. Pro *τὰς σιαγόνας πρίων* i. e. stridens, fremens dentibus inter se collisis prosariae fabulae auctor reposuit *ὀδόντας τρίζων*, quod improbavit Thomas Mag. p. 61, 15. Ed. Halens., qui *βρύχειν τοὺς ὀδόντας, οὐ τρύζειν.* Sic Suidas nisi quod *βρύκων* protulit; Sallieri in Moer. p. 99. sqq. et Valckenarii in Amm. p. 32. fuit sententia, *βρύκειν* abiise in significatum comedendi avideque vorandi; in voce *βρύχειν* vero fremendi et dentibus inter se collisis stridendi notionem inesse. Contra quos recte Piersonus observavit, nullum *βρύκειν* inter et *βρύχειν* diversum significatum intercedere, illud tamen Atticis fuisse usitatum. Hinc igitur Thomae a Suida discessio est diiudicanda. Valckenarins in Thom. Magist. et Sallier. in Moer. p. 101. *τρίζειν* refinxerunt pro *τρύζειν*, illud fabula prosaria firmatum et optimorum librorum consensu apud Herod. III, 110: *καὶ τέτριγε δεινόν.* IV, 183: *ἀλλὰ τετρίγασι, κατάπερ οἱ νυκτερίδες*, ubi cf. Valcken. Annott. Adde Lexic. *περὶ φων. ζ.* post Amm. p. 228. Aristot. Hist. Anim. *Δ, θ'* §. 4 *τρίζειν* et *τριγμός*, coll. §. 9. Eadem est Eustathii doctrina p. 1326, 26: *τέτριγε δὲ καὶ ὀδόντας ὁ θυμομαχῶν*, qui saepius de *τρίζειν* et *τρύζειν* exposuit.

4. Versus Tyrwhitto debetur, qui *ὦ οὗτος* prosariae fabulae permutavit illo *ὦ τάν.* Primum illud Lexicographi (cf. Timaeus s. v.) alteri saepius explicando ascripserunt. *αὐτὸς ὁ τόπος* Burgesio placuit.

Gabrias suum in usum poetae choliambos sic convertit:

*Πύργου προκύπτων ἀρνὸς ἔσκωπτεν λύκον,*
*ὡς ἐχθρόν, ὡς κάκιστον, ὡς μεστὸν φόνου.*
*ἄνω δὲ βλέψας φησίν· οὐ σκώπτεις σύ με,*
*πύργος δ' ὅς ὁπλίζει σε πρὸς μέγα θράσος.*

# Fabula XIII.

*Μύρμηξ καὶ Τέττιξ.*

*Χειμῶνος ὥρῃ σῖτον ἐκ μυχοῦ σύρων*
*ἔψυχε μύρμηξ, ὃν θέρους σεσωρεύκει·*
*τέττιξ δὲ τοῦτον ἱκέτευσε λιμώττων*
*δοῦναί τι καὐτῷ τῆς τροφῆς, ὅπως ζήσῃ·*
*τί οὖν ἐποίεις, φησί, τῷ θέρει τούτῳ;*
*οὐκ ἐσχόλαζον, ἀλλὰ διετέλουν ᾄδων·*
*γελάσας δ' ὁ μύρμηξ, τόν τε πυρὸν ἐγκλείων*
*χειμῶνος ὀρχοῦ φησιν εἰ θέρους ᾖσας.*

Hunc apologum quem „Babrii esse nemo dubitet", Dositheï Magistri instituto debemus, qui sic eum interpretatus est p. 37. Boecking.: Hiemis in tempore frumentum ex cavo trahens siccabat formica, quod per aestum collegerat. Cicada autem eam rogabat esuriens dare aliquid et sibi ex cibo, unde vivat. Quid ergo faciebas, inquit, per aestatem hanc? Non mi vacavit, quia perseveravi cantando. Ridens ergo autem formica et frumentum includens hiberno [sic] salta, dixit, si per aestum cantasti!

Fabula primum ab Valckenario Schediasmate de Hygini fragmento Dositheano in Miscell. Observv. Critt. Vol. X, Tom. I, p. 122. ex Codice Vossiano, de quo cf. Cap. III, p. 46. sqq., choliambico metro restituta est. Inde Tyrwhittus eam descripsit p. CLXXXVIII. et Teucherus post Anton. Lib, p. 213. Porro extat apud Coraen p. 75. Schneider. S. fab. XV. Berg. l. I, 3. Levisium p. 291.

1. ὥρᾳ vulgata. ωρη Voss., unde ὥρῃ refinxi, cf. ἐν σπόρου ὥρῃ fab. V, 1. μύχου Valck. Lev. contra Arcad. p. 85. 2. σύρων] σιγον Voss. 2. θεροις Voss. σεσώρευκεν Teuch. 4. και. αυτω. Voss. 5. φησὶν Vossianus ex Valckenarii collatione. 6. An

in Vossiano, quod Boeckingius annotavit: διητηλουν: perseveram. 7. γελάσας δὲ ὁ μ. Valckenarius, τελασας. δε. ο. Boeckingius ex Vossiano annotavit. Utut est, neque Valckenarii coniectura γέλασσε μ. neque γέλασε δὲ μ. Teucheri mihi probatur. τὸν δὲ Tyrwh. Schneid. S. Berger. ἐγκλείων] ἐνκλιων Voss.

Hunc de Formica et Cicada apologum aliquoties prosario sermone conscriptum esse ex Coraae collectione p. 75,; 76. potest perspici. In Codice Casinensi reperitur n. CXCV. et CXCVIII, quorum ultimus (cf. Cor p. 335.) licet Italum plane effugerit pessimos hos recondit versus:

Ὥρας δέ ποτε χειμῶνος τυγχανούσης
μύρμηκες σῖτον ἡλίαζον βραχέντα.
τέττιξ δὲ τούτους οὕτως ἰδὼν ποιοῦντας,
αὐτὸς λιμώττων καὶ μέλλων τεθνηκέναι,
δραμὼν παρ' αὐτοὺς ἐδωδὴν ἐπεζήτει.
τῶν δὲ φησάντων, τῷ θέρει πῶς οὐκ ἔσχες,
ἀλλ' ἐῤῥαθύμεις καὶ προςαιτεῖς ἀρτίως;
τέττιξ ἀντεῖπεν· ἀλλ' ἐτερπόμην τότε,
αὐλῶν καὶ τέρπων ὅλους τοὺς ὁδοιπόρους.
οἱ δὲ αὐτίκα ταῦτα ἀκηκοότες,
ἐμειδίασαν καὶ πρὸς αὐτὸν ἐβόων·
χειμῶνος ὀρχοῦ, εἴπερ ηὔλεις ἐν θέρει·
ἀλλ' ἐν θέρει σὺ τὸν σῖτον ἀποτίθει,
καὶ μὴ λυρίζων ἥδυνεις ὁδοιπόρους.

Ubi ἡδύνῃς Furia vere coniectavit. Priori apud Furiam fabulae p. 82. ascriptum est epimythium: Ὅλως δηλοῖ, ὅτι οὐδὲν κρεῖττον τοῦ φροντίζειν τῶν ἀναγκαίων τροφῶν καὶ μὴ ἀπασχολεῖσθαι εἰς τέρψιν καὶ κωμασίαν. Eadem sententia duorum est versuum Babrio ascriptorum a Georgide in Gnomologio apud Boisson. Anecd. Tom. I, p. 48. ubi: *Βαβρίου.*

*Κρεῖττον τὸ φροντίζειν ἀναγκαίων χρειῶν*
*ἢ τὸ προςέχειν τέρψεσι καὶ κώμοις.*

Quorum novissimum Boissonadus corrigi iubet vel:

*ἢ τὸ προςέχειν νοῦν τέρψεσίν τε καὶ κώμοις,*

vel:

ἢ τὸ προςίσχειν τέρψεσίν τε καὶ κώμοις.

Levisius p. 304. tamen reponit:

ἢ νοῦν προςίσχειν τέρψεσιν τε καὶ κώμοις.

---

## Fabula XIV.

Ὁδοιπόρος καὶ Ἀλήθεια.

---

Ὁδοιπορῶν ἐρημίαν τις ἄνθρωπος
ἑστῶσαν εὗρε τὴν Ἀλήθειαν μούνην,
καί φησιν αὐτῇ· τίς; δι' αἰτίαν ποίαν
τὴν πόλιν ἀφεῖσα τὴν ἐρημίαν ναίεις;
5 ἡ δ' εὐθὺ πρὸς τάδ' εἶπεν ἡ βαθυγνώμων·
ὅτι τὸ παλαιὸν παρ' ὀλίγοισιν ἦν ψεῦδος,
νῦν δ' εἰς ἅπαντας ἐλήλυθε βροτοὺς ψεῦδος·
εἰ δ' ἐστὶν εἰπεῖν καὶ βεβούλησαι κλύειν,
ὁ νῦν βίος πονηρός ἐστιν ἀνθρώπων.

---

Quamvis nulla magis hac fabula virorum doctorum exercuerit ingenia, tamen ne nunc quidem ad eam integritatem revocare licuit apologum, quae omnibus numeris perfecta dici queat atque absoluta. Nam et Codicis Bodleiani et Vaticanorum ita est perversa scriptura, ut neutra per se sit comprobanda. Ex illo igitur hanc Tyrwhittus p. CLXXII. fabulam descripsit: Ὁδοιπορῶν τις ἐν ἐρήμῳ εὗρε γυναῖκα μόνην κατηφῆ ἑστῶσαν· καί φησιν αὐτῇ· τίς εἶ; ἡ δὲ ἔφη, Ἀλήθεια· καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν τὴν πόλιν ἀφεῖσα τὴν ἐρημίαν οἰκεῖς; ἡ δὲ εἶπεν, ὅτι τοῖς πάλαι καιροῖς παρ' ὀλίγοις ἦν τὸ ψεῦδος, νῦν δὲ εἰς πάντας ἀνθρώπους ἐστίν, ἐάν τι ἀκούειν καὶ λέγειν θέλεις; quorum novissima Teucherus post Ant. Lib. p. 210. et Coraes

p. 23. ἐάν τι — θέλῃς, Schneiderus S. p. 209. εἰ δ' ἄ. correxerunt. Nos cum prioribus editoribus exemplar Vaticanum secuti sumus, quod per versus partim iambicos partim choliambicos descripsit Coraes p. 411. Idem instituit C. Schneiderus p. 44, qui fabulam versibus senariis tribus constare et Hipponacteis sex sibi persuasit, cf. Cap. I, p. 22. sq. Choliambis condidit fabulam Schneiderus S. p. 117. Berg. l. I, 10. Levisius p. 295. Coraes fabulae initium sic proposuit:

Ὁδοιπορῶν ἄνθρωπος εἰς ἐρημίαν,
ἑστῶσαν εὗρε τὴν Ἀλήθειαν μόνην·
καί φησιν αὐτῇ· δι' ἣν αἰτίαν γύναι.

Reliquis probatis διὰ τίν' αἰτίαν C. Schneidero placuit. Saxoni exciderunt versus:

Ὁδοιπορῶν ἄνθρωπος εἰς ἐρημίαν,
μόνην ἑστῶσαν εὗρε τὴν Ἀλήθειαν,
καί φησιν αὐτῇ. δι' ἣν αἰτίαν γύναι.

Idem vir doctus in Babrio lacunam superesse ex copiosiore Bodleiani expositione suspicatus est, quam sic resarsit:

κατηφῆ· καί φησιν, αὕτη, τις εἶ, γύναι;
ἡ δ' ἔφη, Ἀλήθεια· καὶ διὰ —

Cetera (inquit) non expedio. Libenter his etiam versibus caremus. Locum hunc difficilem denuo corrupit Bergerus:

Ὁδοιπορῶν τιν' εἰς ἐρημίαν ἀνὴρ
μόνην ἑστῶσαν εὗρε τὴν Ἀλήθειαν
καί φησιν αὐτῇ· ἣν δι' αἰτίαν σεμνή.

Primum versum Aug. Matthiae refinxit:

Ὁδοιπορῶν τις εἰς ἐρημίαν εὗρε,

idem secundi versus clausulam deprehendit:

τὴν Ἀλήθειαν μούνην,

et tertium proposuit versum:

Καί φησιν αὐτῇ· τίς; δι' αἰτίαν ποίαν.

Levisius cum Blomfieldo Mus. Cantabrig. Vol. I, p. 413. probavit:

῾Οδοιπορῶν ἐρημίᾳ τις ἄνθρωπος,

ubi recte illi versus fini consuluerunt; sic enim Babrius narrationem ordiri solet; minus tamen coniectura ἐρημίᾳ mihi comprobatur, quamquam Bodleiani Codicis scriptura ἐν ἐρημίᾳ stilum ducit vel ad illam Blomfieldi emendationem vel ad alteram:

῾Οδοιπορῶν ἐν ἐρημίᾳ τις ἄνθρωπος

Vix enim quemquam repositurum esse arbitror:

῾Οδοιπορῶν τις εἰς ἔρημον ἄνθρωπος.

Una adhuc superest emendandi ratio:

῾Οδοιπορῶν ἐρημίαν τις ἄνθρωπος,

quae pro tempore lenissima mihi visa est.

2. Solus Matthiae μούνην scribendum esse vidit, sic fragm. II, 2. μοῦνον. Reliquam versus partem intactam reliqui; ille numerorum rationes eo confudit, quod εὗρε primum in versum transtulit. Asterisco Levisius versum notavit.

3. In Matth. coniectura acquiescendum mihi esse putavi, quam Bodleiani scriptura stabilit. Levisius Bergeri inventum comprobavit.

4. Versum iam detexit in Bodl. Codice Tyrwhittus, qui ex illo οἰκεῖς dedit. πόλεις ἀφ. cum Bergero Levisius reposuit. An metro voluit consulere? Eandem sibi licentiam indulsit Babrius apud Suidam v. v. Πυῤῥίχαις.

Μὴ καταγέλαστον μήτε πυῤῥίχην παίζειν.

coll. fab. XVII, 2. fragm. VII, 4.

Sic Phoenix Colophonius apud Athenaeum XII, 530, E.

v. 2. Ἀσσύριος· ὅςτις εἶχε χρυσίου πόντον.

v. 5. Οὐ παρὰ μάγοισι πῦρ ἱερὸν ἀνέστησεν.

v. 11. ῾Ως δ᾽ ἀπέθαν᾽ ὡνὴρ πᾶσι κατέλιπε ῥῆσιν

5. Vaticanos ἡ δ᾽ εὐθὺς πρὸς τάδ᾽ εἶπεν ἡ βαθυγνώμων expresserunt Coraes, Schneiderus Saxo, Bergerus. Numerorum depravationi succurrit C. Schneiderus:

ἡ δ᾽ εὐθὺς εἶπε πρὸς τάδ᾽ ἡ βαθυγνώμων,

quam in coniecturam Levisius quoque videtur incidisse. Leviter deflexit Matthiae:

ἡ δ' εἶπε πρὸς τάδ' εὐθὺς ἡ βαθυγνώμων.

Repono εὐθὺ i. e. statim; nam Ammonii doctrinam p. 62. unacum aliorum Grammaticorum praeceptis Lobeck. in Phryn. p. 145. et Iacobs. in Anthol. P. p. LXXVI. refellerunt.

6. Vaticanos ὅτι ποτὲ παρ' ὀλίγοισιν ἦν ψεῦδος probavit post Coraen Schneiderus S. Refinxit C. Schneiderus:

Ὃ τοῖς πάλαι καιροῖς παρ' ὀλίγοις ἦν ψεῦδος.

Pro ποτὲ (inquit) e Cod. Bodl. reposui τοῖς πάλαι καιροῖς et ὅτι, quod tanquam signum h. l. alium loqui, praeposuit metaphrastes in ὃ mutavi." Illud hoc verius, quamquam ipse ὅτι retento τοπαλαιὸν reposui eodem certe iure quo Bergerus:

ὅτι πάλαι παρ' ὀλίγοισιν αἰσχρὸν ἦν ψεῦδος,

et Aug. Matth.:

ὅτι ποτὲ παρ' ὀλίγοισιν ἦν βροτοῖς ψεῦδος

qui illud βροτοῖς interpolavit. Longe probabilior Levisii est ratio:

ὅτι τὸ πάλαι μὲν παρ' ὀλίγοισιν ἦν ψεῦδος.

7. Coraes et Schneiderus S. interposito δ' ante εἰς secuti sunt Vaticanos: νῦν εἰς πάντας βροτοὺς ἐλήλυθε ψεῦδος. Metro consuluit C. Schneiderus:

νῦν πάντας εἰςελήλυθεν βροτοὺς ψεῦδος.

Totum locum post Bergerum:

νῦν δ' εἰς πάντας διῆλθε τοῦτο τοὺς θνητούς.

Levisius pervertit:

νυνὶ δὲ πάντας ἐξελήλυθ' εἰς θνητούς,

quibus meliora dedit Aug. Matthiae:

νῦν δ' εἰς ἅπαντας ἆρ' ἐλήλυθεν ψεῦδος.

Ipse δ' ex Bodleiano MS. recepto ἅπαντας scripsi pro πάντας. Reliquae versus parti verborum transpositione succurri.

8. δέ ἐστιν ut saepius Vaticani, in quibus βεβούλησαι κλύειν probabiliter scriptum, si vera est Meineckii Cur. Critt. p. 54. et Naeck. in Choer. p. 228. observatio, vocabuli primam syllabam interdum produci, qua licentia usus est Phoenix Colophonius apud Ath. XII, 530, E.

v. 1. Ἀνὴρ Νῖνος τις ἐγένεθ' ὡς ἐγὼ κλύω. Verbis transponendis uterque Schneiderus, Bergerus et Levisius numeris satisfecerunt.

9. Cum Schneidero S. et Levisio verba transposui, nam πονηρὸς βίος ἐστ. Vaticc. Pro βίος βίοτος „quod poeticum est“ C. Schneiderus suadebat.

Satis opinor hunc apologum quem ad Babrium vix ausim referre misere depravatum esse apparet. Quod si ille hoc argumentum pertractavit, (et fidem faciunt cum similes fabulae tum nonnulla similis argumenti fragmenta,) magnam quem nunc versamus interpolantis culpa iacturam fecit apologus. Istum igitur iam ante Burgesium versibus quos δωδεκασυλλάβους nominare solet Coraes quam choliambis condere instituebamus. Virorum tamen doctorum qui haud parvam nobis iniecit admirationem consensus, sententiam nostram cum labefactaret, nunc cum Burgesio apud Levisium p. 295. politicis versibus Vaticanum exemplar conscriptum esse statuimus, quos sic dispone:

Ὁδοιπορῶν ἄνθρωπος εἰς ἐρημίαν,
ἑστῶσαν εὗρε τὴν Ἀλήθειαν μόνην·
καί φησιν αὐτῇ· δι' ἣν αἰτίαν γύναι
τὴν πόλιν ἀφεῖσα τὴν ἐρημίαν ναίεις;
ἡ δ' εὐθὺς πρός τάδ' εἶπεν ἡ βαθυγνώμων·
ὅτι ποτὲ παρ' ὀλίγοισιν ἦν ψεῦδος,
νῦν εἰς πάντας βροτοὺς ἐλήλυθε ψεῦδος.
εἰ δ' ἐστὶν εἰπεῖν καὶ βεβούλησαι κλύειν,
ὁ νῦν πονηρὸς βίος ἐστὶν ἀνθρώπων.

## Fabula XV.

*Οἶς πρὸς Νομέα καὶ Κύων.*

---

*Οἴς τις εἶπε πρὸς νομῆα τοιαῦτα·*
*κείρεις μὲν ἡμᾶς καὶ πόκους ἔχεις κέρσας,*
*τὸ γάλα δ' ἀμολγὸν ἐστί σοι φίλον πῆξαι,*
*ἡμῶν δὲ τέκνα μῆλά σοι περισσεύσει,*
*πλέον δ' οὐδὲν ἡμῖν· ἀλλὰ καὶ τροφὴ πᾶσα*
*γαίας ἐν ὄρεσιν εὐθαλές τι γεννᾷ σοι,*
*ὡραία βοτάνη καὶ δρόσου γεμισθεῖσα —*
*φέρβεις δὲ ταύτην αὖ κύν' ἐν μέσοις ἡμῖν*
*τρέφων ὁποῖα σαυτὸν εὐθαλεῖ σίτῳ.*
*ταῦθ' ὡς ἄκουσεν ἡ κύων ἔφη τοῖα·*
*εἰ μὴ παρήμην κἀν μέσοις ἐπωλεύμην,*
*οὐκ ἄν ποθ' ὑμεῖς ἔσχετ' ἄφθονον ποίην*
*περιτρέχουσα πάντοθεν δὲ κωλύω*
*δρηστῆρα ληστὴν καὶ λύκον διωκτῆρα.*

---

Vaticanorum fabulam CCCLXVI. versibus conditam esse Coraes vidit p. 405. sq., quo loco: *εἰς στίχους* (inquit) *καὶ τοῦτον ἐκ τοῦ πεζοσχήμου μετεκόσμησα χαρακτῆρος.* Acutum se in choliambis investigandis C. Schneiderus Annott. p. 45. praestitit, ad quem proxime accedit Buttmannus apud Schneiderum p. 209. cuius in editione p. 118. apologus extat. Adde Bergerum l. I, 19. Haec de Ove, Pastore et Cane fabula inter Graecos iam dudum fuit inventa; nam Socrates apud Xenoph. Mem. II, 7. §. 13. Aristarcho narrat: *Εἶτα οὐ λέγεις αὐταῖς τὸν τοῦ κυνὸς λόγον; φασὶ γάρ, ὅτε φωνήεντα ἦν τὰ ζῷα, τὴν οἶν πρὸς τὸν δεσπότην εἰπεῖν· θαυμαστὸν ποιεῖς, ὃς ἡμῖν μὲν ταῖς καὶ ἔριά σοι καὶ ἄρνας καὶ τυρὸν παρεχούσαις οὐδὲν δίδως, ὅ τι ἂν μὴ ἐκ τῆς γῆς λάβωμεν· τῷ δὲ κυνί, ὃς οὐδὲν τοιοῦτόν σοι παρέχει, μεταδίδως οὗπερ αὐτὸς ἔχεις σίτου. Τὸν κύνα οὖν ἀκούσαντα εἰπεῖν· ναὶ μὰ Δία· ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ καὶ ὑμᾶς*

αὑτὰς σώζων, ὥςτε μήτε ὑπ᾽ ἀνθρώπων κλέπτεσθαι, μήτε ὑπὸ λύκων ἁρπάζεσθαι· ἐπεὶ ὑμεῖς γε, εἰ μὴ ἐγὼ προφυλάττοιμι ὑμᾶς, οὐδ᾽ ἂν νέμεσθαι δύναισθε, φοβούμεναι μὴ ἀπόλησθε. Οὕτω δὴ λέγεται καὶ τὰ πρόβατα συγχωρῆσαι τὸν κύνα προτιμᾶσθαι.

1. Scazontem primum recondunt Vaticanorum verba: *Οἶς τις εἶπε πρὸς νομέα τοιάδε*, quae parum commode versu inclusit Coraes:

*Οἶς τις ποτ᾽ εἶπε πρὸς νομέα τοιάδε.*

Vero propior C. Schneideri emendatio:

*Ὄϊς τις εἶπε πρὸς νομέα τοιαῦθ᾽ οὕτως.*

Qui eundem pleonasmum in fab. CLXXI. *ταῦτα οὕτως βοῶσα*, et fab. CCCLXXI. *ὁ δὲ πρὸς αὐτὴν τοιαῦτα οὕτως λέγει* repperit. Animi causa Bergeri ascripsi versum:

*Λόγους τις εἶπε πρὸς νομέα ὄϊς τοίους.*

Quibus adiungo lumbifractum Saxonis choliambum:

*Ὄϊς τις εἶπε πρὸς νομῆα τοιάδε.*

Leviter peccans reliqua recte vidit Buttmannus:

*Ὄϊς ποτ᾽ εἶπε πρὸς νομῆα τοιαῦτα*,

nam *Ὄϊς τις* iure probavit Aug. Matthiae:

*Ὄϊς τις εἶπε πρὸς τὸν νομέα τοιαῦτα*,

a quo in reliqua versus parte discessionem feci.

3. *γάλα δ᾽ ἀμέλγων* Vatt. Quod Coraes suadet „*ἀμέλγοντ᾽*, *κατὰ δοτικήν*" elisionis legibus refellitur; numeros sic etiam turbatos restituit C. Schneiderus:

*γάλα δ᾽ ἐξαμέλγων ἐστί σοι φίλον πῆξαι.*

Nominativi tamen illius usum non evincunt quae laudavit exempla in fab. I. Schneiderus S. autem cum Buttmanno scripsit:

*τὸ γάλα δ᾽ ἀμέλγοντ᾽ ἐστί σοι φίλον πῆξαι*,

et Bergerus:

*γλάγος δ᾽ ἀμέλγοντ᾽ ἐστί σοι φίλον πῆξαι.*

quorum novissimus Ionicum *γλάγος* Nostro reddidit. Ipse olim parum probabiliter tentabam:

*γλάγος ὃ δ᾽ ἀμέλγεις ἐστί σοι φίλον πῆξαι.*

Iam placet quod recepi; huic enim coniecturae favet Buttmanni in Lexil. Tom. I, p. 43. de hoc vocabulo verissima disputatio. Nam ἀμολγὸς (ἀμελγὸς Etym. Gudian. p. 71, 27.?) idem est atque ἀκμαῖον. De vocabuli accentu disputavit Arcad. p. 47, 16. coll. 87, 28. Apud eundem tamen Grammaticum cum p. 83, 10. repperērim: Τὰ εἰς τος ἁπλᾶ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ἔχοντα πρὸ τοῦ τ ψιλὸν κατ᾽ ἐπιπλοκὴν ἐπιθετικὰ ὄντα καὶ ῥηματικὰ ὀξύνεται, ἑλικτός, ἀμελητός, χαρακτός, ὀρεκτός —, ubi Zalykius ἀμελκτὸς pro inepto illo ἀμελητός vere coniectavit, nescio an non alicui lenior esse videatur versus medela:

*Τὸ γάλα δ᾽ ἀμελκτόν ἐστί σοι φίλον πῆξαι.*

In πῆξαι cf. Valcken. in Theocr. XX, 26.

4. περισσεύσει Vatt. retineo contra Coraen, utrumque Schneiderum et Bergerum, qui audacter scripsit:

*ἡμῶν δ᾽ ἐκ τέκνων μῆλά σοι περισσεύει.*

C. Schneiderus: futuram (inquit) in praesens mùtavi; loquitur enim ovis de commodis, quae oves pastori non allaturae sint, sed iam afferant." Quid impedit, quominus pastoris animum Ovis ad gregis subolem futuram advertat?

5—8. Iam ad difficillimum nobis perventum est locum, qui sic exhibetur in Vaticanis: πλέον δ᾽ οὐδὲν ἡμῖν· ἀλλὰ καὶ τροφὴ γῆς πᾶσα, ἐν ὄρεσιν εὐθαλές τι γεννᾷ σοι, ὡραῖα βοτάνη, καὶ δρόσου γεμισθεῖσα· φέρβεις δ᾽ ἂν ἡμῖν ἐν μέσοις κύνα ταύτην quam, Furia convertit: [*Foetura praeterea nostra gregem supplet,*] *ita ut nihil ultra tibi praebere possimus. Fimus insuper omnis noster nescio quid floridum in montibus producit; pulcra fit enim herba, quam carpimus, et rore oneratur. Veruntamen quid canem istum inter nos agis* —

Pessime se expediit; iam Coraes locum sic emendavit:

*πλέον δ᾽ οὐδὲν ἡμῖν. ἀλλὰ καὶ τροφὴ γῆς*
*πᾶσ᾽ ἐν ὄρεσιν εὐθαλέσι γεννᾶται*
*ὡραία βοτάνη καὶ δρόσου γεμισθεῖσα.*
*φέρβεις δ᾽ αὖ ἡμῖν ἐν μέσοις κύνα ταύτην* —

plus tamen uno nomine versus isti claudicant. Illo ingeniosiorem se praestitit C. Schneiderus:

πλέον οὐδὲν ἡμῖν. ἀλλὰ καὶ τροφὴ γαίης
ἅπασ' ἐν ὄρεσιν εὐθαλές τι γεννᾷ σοι,
ὡραῖα βοτάνη καὶ δρόσου γεμισθεῖσα.
φέρβεις δ' ἀεὶ κὑν' ἡμὶν ἐν μέσοις ταύτην —

Delevit ille δ' ante οὐδὲν positum, alter Schneiderus cum Buttmanno πλεῖν δ' οὐδὲν refinxit; uterque iusta sine causa. Loci difficillimi sensum C. Schneiderus sic investigavit: „Nos, quae tibi omnia suppeditamus, nullum huius rei percipimus fructum, sed tibi, quaecunque e terra proveniunt, commoda praebent. Iam (inquit) enumerari debebant res illae e terra provenientes, quae homini εὐθαλές τι parerent, et quidem ὡραῖα, i. e. suo quodque tempore; nominatur autem una βοτάνη. Quare versum h. l. excidisse puto, cum etiam illud καὶ non habeat, quo referatur." Iam ad singula praevertimur! Illud igitur πλέον δ' οὐδὲν ἡμῖν a Furia plane perversum, recte C. Schneiderus convertit. Significat enim: nihil proficimus, apud Xenophontem contra oves dicunt: οὐδὲν δίδως. Formulae illius vere Graecae usum copiose exposuit Valcken. Diatr. p. 150., attigit Wolf. in Plat. Symp. c. XXXIII, §. 7. Huschk. de Archil. p. CCXXXVIII. Fur. et C. Schneiderus Ind. s. v. Πολύς, quorum novissimus propter illud καὶ v. 5. positum excidisse versum suspicabatur; probabilior certe illius ratio, quam Furiae interpretatio omni ex parte insulsa. Sed integer locus est; etenim verba illa ἀλλὰ καὶ — γεμισθεῖσα, quod omnes praeterviderunt, pastoris sunt, qui ovi summopere de se glorianti enumerat commoda, quae contra referat. De hoc usu particularum ἀλλὰ καὶ in fab. X, 3. exposui. Alia Xenophontis est ratio, qui ovem facit loquentem: — οὐδὲν δίδως, ὅ τι ἂν μὴ ἐκ τῆς γῆς λάβωμεν; illo Babrii expositio vividior fabularumque indoli accommodatior. Ceterum nescio an non alicui φησὶ vel simile quid omissum videatur. Totum locum sic interpretor: verum etiam (inquit pastor) omne germen terrae in montibus florens aliquid tibi gignit, pulchra planta roreque infusa — Sermonem opilionis cito ovis interrumpit. Versum sextum emendavit Schneiderus Saxo:

πᾶσ' ἐν ὄρεσιν εὐθαλέσσι γεννᾶται

cui Censor in Ephem. Vind. substituit:

ἐν ὄρεσσιν εὐθαλέσσι πᾶσα γεννᾶται.

Insulsus est Bergerus:

— — — ἀλλὰ βρῶμ' ἐκ γῆς
πᾶν ἡμῖν οὔρεσιν εὐθαλέσσι γεννᾶται
ὡραίη βοτ. —

In illud δρόσου γεμισθεῖσα cf. Virgil. Georg. III, 324. sqq.

Luciferi primo cum sidere frigida rura
carpamus, dum mane novum, dum gramina canent,
et ros in tenera pecori gratissimus herba.

coll. Eclog. VIII, 15. De vocabulo γεμίζειν cf. Suid. s. v. Γεμίζω· γενικῇ et Blomfield. in Aeschyl. Agam. 430.

8. Censori in Ephem. Vindob. obsecutus sum. Nescio tamen an non verbis alio modo dispositis ἅμ' ἡμῖν scribi queat. C. Schneiderus:

φέρβεις δ' ἀεὶ κύν' ἡμὶν ἐν μέσοις ταύτην.

Saxo numerorum leges refragante:

φέρβεις δ' αὖ κύνα ταύτην ἐν μέσοις ἡμῖν.

Audax est Bergeri interpolatio:

φέρβεις δ' αὖ ἡμῖν ἐν μέσαις κύν' ἀχρεῖον,

ubi μέσαις Censori temere probatur.

9. Pervertit Babrium Bergerus, qui δαψιλεῖ σίτῳ coniectavit.

10. ἤκουσεν Vaticanorum Coraes Schneid. S. Bergerus receperunt; mendum C. Schneiderus sustulit; saepius enim Babrius augmentum neglexit.

11. ἐπολευόμην Vatt. Non sategit Coraes, qui ἴσως γραπτέον, inquit, πολευόμην, ἀναυξήτως. Recipit ἐπωλούμην Schneiderus Saxo, quod iam viderat C. Schneiderus, qui ἐπωλεύμην mihi et h. l. probatum et fab. XVI, 23. ubi iterum metaphrastes ἐπολευόμην, dubitabat reponere. Censor vanam Bergeri coniecturam probavit:

εἰ μὴ παρείην κἂν μέσαις πολευοίμην.

Vix opinor Radulphus Rochettius Jour. des Sav. Févr.

1817. p. 144. alioùi satisfecerit: Au lieu de πολευοίμην, je proposerois πρεσευοίμην, comme le mot περιτρέχουσα plus bat sembleroit l'exiger. Cependant, comme le mot πολεύεσθαι est interprété par Eustathe ἀναστρέφεσθαι, et que l'emploi de ce mot paroît avoir été familier à Babrius, puisqu'il se retrouve encore dans la fable 20 [XVI, 23], peût-être n'y a-t-il rien là à changer." Sed grammaticae legibus optativum illum refragari plane praetervidit.

12. ἔσχετε ἀφθ. πόην Vatt. Priores correxerunt editores. ποίη recurrit fragm. XI, 2.

13. Vaticanos περιτρέχουσα δ' ἐγὼ πάντοθεν κωλύω Coraes et Schneiderus S. invito metro expresserunt. Placuit C. Schneidero:

ἐγὼ δὲ περιτρέχουσα πάντα, κωλύω.

Bergero debetur:

περιτρέχουσα δ' ἐγὼ νῦν πάντα κωλύω.

Censor in Ephem. Vind. refinxit:

ἐγὼ δὲ πάντη περιτρέχουσα κωλύω.

Metaphrastae illud ἐγὼ tribuo; solus Aug. Matthiae versum feliciter tentavit. Quod de se canis h. l. praedicat, Virgilius Georg. l. III, 404. venuste expressit:

*Nec tibi cura canum fuerit postrema; sed una*
*veloces Spartae catulos, acremque Molossum*
*pasce sero pingui. Nunquam custodibus illis*
*nocturnum stabulis furem, incursusque luporum*
*aut impacatos a tergo horrebis Iberos.*

## Fabula XVI.

### Ὄνος καὶ Κυνίδιον.

Ὄνον τις ἔτρεφε καὶ κυνίδιον ὡραῖον·
κἀκεῖνος ἐν αὐλῇ παρὰ φάτναισι δεσμώτης
ἔτρωγε κριθάς, χόρτον, ὥςπερ εἰώθει·
κυνίδιον ἔνδον ἔχαιρεν εὐρύθμως παῖζον,
τὸν δεσπότην τε ποικίλως περισκαῖρον,
ἐκεῖνος ἦν δ' αὐτὸ κατέχων ἐν τοῖς κόλποις.
ὁ δ' ὄνος ἀλήθων ἦγε νύκτα μὲν πᾶσαν
πυρὸν φίλης Δήμητρος, ἡμέρας δ' ὕλην
κατῆγ' ἀφ' ὕψους, ἐξ ἀγροῦ θ' ὅσον χρεία.
δηχθεὶς δὲ θυμῷ καὶ περισσὸν οἰμώξας
πάσῃ θεωρῶν ἐν ἁβρότητι τὸν σκύμνον,
φάτνης ὀνείης δεσμὰ καὶ κάλους ῥήξας
ἐς μέσσον αὐλῆς ἦλθεν ἄμετρα λακτίζων·
σαίνων δ' ὁποῖα καὶ θέλων περισκαίρειν,
τὴν μὲν τράπεζαν ἐς μέσον βαλὼν θλάσσεν,
ἅπαντα δ' εὐθὺς ἠλόησε τὰ σκεύη·
δειπνοῦντα δ' εὐθὺς ἦλθε δεσπότην κρούσων
νώτοις ἐπεμβάς· ἐσχάτου δὲ κινδύνου
θεράποντες ἐν μέσοισιν ὡς εἶδον σῶσαν·
κορύναις κρανείαις δ' ἄλλος ἄλλοθεν κρούων
ἔκτεινον· ὡς δὲ καὐτὸς ὕστατ' ἔκπνειεν,
ἔτλην, ἔλεξεν, οἷα χρή με, δυςδαίμων·
τί γὰρ παρ' οὐρήεσσιν οὐκ ἐπωλεύμην,
βαιῷ δ' ὁ μέλεος κυνιδίῳ παρισούμην;

Post Furiam p. 149. sq. versibus fabulam condere neglexit Coraes p. 371. Illo tamen hic fuit diligentior, qui annotavit: *δῆλον ὅτι ὁ μῦθος συνέστηκεν ἐκ χωλιάμβων, οὐδέν τι σχεδὸν τῆς Βαβριανῆς κομψείας ἀποδεόντων, οὓς ἄκομψος διασκευαστὴς ἢ ἀντιγραφεὺς εἰς πεζοῦ λόγου σχῆμα συν-*

ἐχει καὶ συνέθλασεν, ὥςπερ ὁ μυθευόμενος ὄνος τὰ σκεύη. Scazontibus fabulam vindicarunt C. Schneiderus Annott. p. 46. Schneiderus S. fab. VIII. Berger. l. I, 20. Burges. Vol. XXVII, p. 25. Levisius p. 296. Prosarius apologus summopere breviatus hic est: Ἔχων τις κύνα Μελιταῖον καὶ ὄνον διετέλει τῷ κυνὶ προςπαίζων· καὶ εἴποτε ἔξω δεῖπνον εἶχεν, ἐκόμιζέ τι αὐτῷ καὶ προςιόντι παρέβαλλεν. ὁ δὲ ὄνος, ζηλώσας προέδραμεν αὐτὸς καὶ σκιρτῶν ἐλάκτισε τὸν δεσπότην. καὶ οὗτος ἀγανακτήσας ἐκέλευσε παίοντας αὐτὸν ἀγαγεῖν πρὸς τὸν μυλῶνα καὶ τούτῳ [προς]δῆσαι. Cf. Cor. fab. 212, coll. Nevel. p. 261.

1. πάνυ ὡραῖον Vatt., sed illud πάνυ a C. Schneidero, Bergero, Buttmanno Levisioque omissum interpolantem prodit. Saxo illepide coniectavit:

Ὄνον τις ἔτρεφε καὶ κύνα πάνυ ὡραῖον.

Tam hoc loco quam v. 24. κυνίδιον Noster usus est, de quo vocabulo cf. Lob. in Phryn. p. 180; altera forma κυνάριον fab. LXXXII. Fur. reperitur.

2. καὶ ἦν ἐν αὐλ. π. φάτναις δεσμ. Vatt. Metro consuluit C. Schneiderus:

ὁ μὲν ὢν ἐν αὐλῇ παρὰ φάτναισι δεσμώτης,

„participium (inquit) propter sequens ἔτρωγε necessarium videbatur.“ Vitium recondit Schneideri S. versus:

καὶ ὃς ἐν αὐλῇ παρὰ φάτναισι δεσμώτης.

ὁ δ' οὖν ἐν αὐλῇ Buttmannus tentavit. Post illos totum pervertit locum Bergerus:

κὄνος, δεσμώτης παρὰ φάτναις ἐν αὐλῇ στάς.

Sed neque quod Levisius coniectavit ὁ δ' ὄνος ἐν αὐλῇ mihi satisfacit neque quod ipse olim publicavi ὄνός ὢν ἐν αὐλῇ adhuc probo. Nam pro καὶ ἦν reponatur oportet κἀκεῖνος, quod in huiusmodi narrationis progressu indicando peculiare Nostro est atque usitatissimum cf. fab. XII, 3. XVIII, 19. fragm. VIII. 2.

3. Gratissimum asyndeton metrique leges Buttmannus Schneiderus S. et Bergerus interposito θ' ante ὥςπερ violarunt.

4. Iam in Vaticanis MSS. sequitur locus multis mo-

dis inquinatus: κυνίδιον δὲ χαρίεν ὄν, εὐρύθμως παῖζον, τὸν δεσπότην τε ποικίλως περισκαῖρον, ἐκεῖνος δ' αὐτὸ κατέχων ἐν τοῖς κόλποις· ὁ δέ γε ὄνος τὴν μὲν νύκτα ἀλήθων πυρὸν φίλης Δήμητρος, ἡμέρας δ' ὕλην ἦγεν ἀφ' ὕψους, ἐξ ἀγροῦ δ' ὅσον χρεία, qui sex recondit choliambos, quorum tres C. Schneiderus sic refinxit:

> Ὃν δὲ χαρίεν κυνίδιον, εὐρύθμως παῖζον
> τὸν δεσπότην τε ποικίλως περισκαῖρον,
> ἐκεῖνος αὖ κατεῖχεν αὐτὸ τοῖς κόλποις.

Is autem hanc coniecturarum rationem reddidit: „Videtur — metaphrastes verbum κυνίδιον ideo praeposuisse, quod sic melius asino opponi putaret. Sed eadem manet vis verbo post χαρίεν collocato; participium κατέχων etiam nexum orationis turbabat. αὖ quod inserui significat, quanam ratione dominus cum catello agere consueverit. Catellus circa ipsum iucunde ludere et blandiri, dominus rursus catellum tollere et in sinu fovere solebat." Peccavit omnino metraphrastes, sed longe alia ratione atque Schneiderus suspicatus est, qui tum fab. XV, 2. tum hoc loco participiorum usum plane a linguae Graecae rationibus abhorrentem praetervidit. Longe tamen viri illius docti emendationis periculum quam Saxonis felicius est:

> κυνίδιον αὖ χαρίεν ὄν, εὐρύθμως τε παῖζον
> τὸν δεσπότην τε ποικίλως περισκαῖρον
> ἔτερπεν — — — — — —
> ἐκεῖνος δ' αὐτὸ κατέχων ἐν τοῖς κόλποις

num interposito illo τε v. 4. metro consuluit? spondeus opinor offensioni fuit quinta sede positus, quem quarto contra omnem choliamborum legem posuit. Se ne spondeus quidem secundum licentiam choliamborum auctoribus fab. I, 1. haud denegatam quinta sede est positus; nam inde ab Atticis paenultima vocabuli ῥυθμὸς syllaba corripi coepta est, quod εὐρύθμως adverbio quoque usu venit et verbo ῥυθμίζειν apud Aeschyl. Prom. 249:

> ὧδ' ἐῤῥύθμισμαι, Ζηνὶ δυσκλεὴς θέα.

Et Sophocl. Antig. 318:

*τί δὲ ῥυθμίζεις τὴν ἐμὴν λύπην ὅπου;*

Porro idem post v. 5. lacunae locum temere concessit; nam de versus sexti mensura omnino iuvat tacere. Nil moramur Bergeri inventum:

*κυνίδιον δ' ἦν χαρίεν καὶ παῖζον εὐρύθμως*
*τὸν δεσπότην τε ποικίλως περισκαῖρον*
*ἐκεῖνος δ' αὐτὸ λαβὼν ἔθαλψε τοῖς κόλποις.*

Levisius sextum versum intactum dereliquit; quartum reliquis felicius tentavit:

*ἦν δὲ χαρίεν κυνίδιον, εὐρύθμως παῖζον.*

Eidem male sedulo metaphrastae qui *κυνίδιον πάνυ ὡραῖον* pro Babrii *κυνίδιον ὡραῖον* dedit, hoc loco *κυνίδιον χαρίεν* debetur. Is enim perverso leporis suavitatisque studio, quod Cap. III, p. 49. sq. altero exemplo comprobavi, catellum quidem l e p i d u m, at insipidissimum effinxit constructionis progressum. Participia illa unde pendent? nimirum ex oblitterato verbo *ἔχαιρεν*; nam pro illis *κυνίδιον χαρίεν* refingo *κυνίδιον ἔχαιρεν*. De hoc verbi *χαίρειν* saepe neglecto usu post Valcken. in Herod. VII, 236. Hermannus in Viger. p. 766. sqq. enucleatius disseruit. Supersunt adhuc in Vatt. voculae *δὲ ὄν*. Quin scribimus *ἔνδον*, ut respondeat illis: *ἐν αὐλῇ*, sicut *ἔχαιρεν* vocabulo *δεσμώτης* (de quo cf. Interprr. in Sophocl. Aiac. 105.) est oppositum; etenim illa tam catuli laetissimam, quam haec aselli miserrimam repraesentant condicionem. Quamquam vocabuli *κυνίδιον* quattuor breves syllabae videntur excusare hanc choliambi paulo licentiorem dispositionem:

*κυνίδιον ἔχαιρεν ἔνδον εὐρύθμως παῖζον,*

neque illum probarim versum, neque hunc:

*κυνίδιον ἔνδον χαῖρεν εὐρύθμως παῖζον*

licet Babrius (cf. v. Annott. v. 15.) aliquoties augmentum neglexerit, nam refingo versum:

*κυνίδιον ἔνδον ἔχαιρεν εὐρύθμως παῖζον.*

6. Probarem C. Schneideri suavissimum versum, nisi Babrio constructionis genus saepissime in apologis

recurrens cf. fab. XX, 1. vindicandum esset. Saxonis vero coniecturam:

*κεῖνος ἐφίλει δ' αὐτὸ κατέχων ἐν τοῖς κόλποις*

semel commemorasse sufficiat.

7. Vaticanorum scripturam *ὁ δέ γε ὄνος τὴν μὲν νύκτα ἀλήθων* correxit C. Schneiderus:

*ὁ δ' ὄνος ἀλήθων διετέλει τὴν μὲν νύκτα,*

„Aperte (inquit) verbum exciderat, cum et versus mancus esset et *δὲ* in seqq. quo referretur non haberet; aptissimum videbatur *διετέλει.*" Numeros pessundedit Saxo:

*ὁ γοῦν ὄνος τὴν μὲν νύχθ' ὅλην ἀλήθων.*

Quod Buttmannus tentavit *ὁ δέ γε ὄνος — ἀλῶν πυρόν, καρπὸν φ. Δημ.* citra omnem veri speciem positum est. Bergerus ut solet nugatus est:

*ὄνος δ' ἐξαῦτος ὅλης τῆς νυκτὸς ἤληκώς.*

Ipse olim tentabam:

*ὄνος δὲ τὴν μὲν νύκτα πᾶσαν ἤληθε,*

quae nunc aeque mihi displicet ac Levisii medela:

*ὁ δ' ὄνος μὲν ἀεὶ νύκτα πᾶσαν ἤληθεν.*

Quamvis C. Schneideri vera sit suspicio, versui verbum deesse: ille tamen *διετέλει* parum probabiliter loco videtur infarsisse. Corruptionem recondit vocula illa *γε*, quae hoc loco non solum otiose, verum etiam absque ullo sensu posita est; refinge *ἦγε* verbaque reliqua sic dispone:

*ὁ ὄνος ἀλήθων ἦγε νύκτα μὲν πᾶσαν.*

Verbum *Ἀλήθειν* — nam Attici post Epicos *ἀλεῖν* tuebantur — olim Pherecrati concessit Piersonus in Moer. p. 18. Ille enim apud Suidam s. v. *Ἀνόδοντον. Κοριάννοις Φερεκράτης·*

*Ἀνὴρ γέρων ἀνόδοντος ἀλήθει.*

Lobeckium qui interposito *δὲ* heroicis numeris verba sic illigabat:

*Ἀνὴρ δὲ γέρων ἀνόδοντος ἀλήθει*

improbavit Bernhardyus, qui coniectavit:

*ἀνὴρ γέρων ἀνόδοντος. Ἄληθες;*

a quibus discesserat Iacobs. Anth. Tom. IX, p. 472. Neque magis vocabulum istud Alexidis quem Piersonus excitavit auctoritate ap. Athen. l. XIII, p. 590. B. firmatur, quo loco iam *ἀλέτων* minus probabiliter vulgatur illo altero *ἀλετῶν*, quod contra Iungerm. in Poll. VII, 19. Lobeckius in Phryn. p. 151. proponebat Cf. tamen Eustathius p. 1885, 30, qui et de illo vocabulo exposuit praetereaque priore loco et altero p. 871, 62. *ἀλήθω* verbum sic tuitus est: *καὶ γίνεται ἀπὸ τοῦ κνάω κνῶ τὸ κόπτω, ἐξ οὗ καὶ τὸ κναίνω καὶ ἀποβολῇ τοῦ νῦ καίνω καὶ τὸ κνήθω, ὡς ἀλῶ ἀλήθω.* Adde Suidam, qui posuit articulum *Ἀλήθω τὸν σῖτον* et Etym. Magn. p. 62, 54: *Ἀλήθω, τὸ ἐπὶ τῆς μύλης σῖτον ἢ κριθὴν ἀλευροποιεῖν· ἀπὸ τοῦ ἀλῶ ἀλήθω*, coll. Etym. Gud. p. 34, 9. et Orione p. 149, 10. Mentionem iniecit vocabuli Arcadius de accent. p. 156, 4: *Τὰ διὰ τοῦ ηθω βαρύνεται — ἀλήθω, κνήθω*, cet. Atticórum tamen usui vocem abiudicavit Thomas Mag. p. 21, 14. Ed. Hal. et Phrynichus p. 151, quo loco cf. Lobeckius, qui ad Theophrastum, Diodorum, Hippocratemque provocavit. Quibus adde Lucillii Epigr. XLVII, 1:

*πᾶς ὃς ἂν ᾖ πτωχὸς καὶ ἀγράμματος, οὐκέτ᾽ ἀλήθει,*

qui versus Schneideri S. in Babrio lapsum satis arguit.

8. 9. *ἡμέρας δ᾽ ὕλην ἦγεν ἀφ᾽ ὕψους* Vatt. *δ᾽* omisso Bergerus reliqua misere pessundedit. Saxonis coniecturam *κατῆγ᾽* iam C. Schneiderus occupaverat. Levisius verborum ordinem mutavit:

*ἡμέρας δ᾽ ἦγεν*
*ὕλην ἀφ᾽ ὕψ.* —

*δ᾽ ὅσον* Vatt. quod C. Schneiderus, *δ᾽ ὅσων* Saxo *τ᾽ ὅσων*, Bergerus *θ᾽ ὅσων* correxit. 10. In *δαχθείς* Vatt. Coraes p. 371. annotavit *ἢ γραπτέον δηχθείς, ἢ Ἀττικοῖς Δωρικὰ συγκλῶσαι τὸν διασκευαστὴν ὑποληπτέον.* Illud C. Schneiderus Nostro iam vindicavit.

11. Vaticanorum scripturam *σκύμ. θ. ἐν ἁβρότητι πάσῃ* Schneiderus S. probavit, *συμπάσῃ* coniectavit C. Schneiderus, „cum intentio significationis a loco non aliena sit". Proxime ab vero Bergeri abest suspicio, qui

8 *

subinde temere ὁρῶν effinxit pro θεωρῶν; nam hoc retento Burgesius Levisio sequace scripsit:

πάσῃ θεωρῶν ἐν ἁβρότητι τὸν σκύμνον.

Parum opinor commode aliquis coniectabit:

σκύμνον θεωρῶν ἐν ἁβρότητι τῇ πάσῃ.

12. Quod Vaticani suppeditant δεσμούς, Bergero probatum, propter choliamborum numeros iam ante Burgesium C. Schneiderus correxerat. Thomae Magist. p. 79, 15. Ed. Hal. Δεσμὰ κάλλιον ἢ δεσμοί. ἐπὶ δὲ τῶν ἑνικῶν τὰ τοῦ ἀρσενικοῦ μόνα ἐν χρήσει, et Moeridi p. 127. Lips. adde Leon. Tar. Epig. III, 3. Suidae articulum Δεσμὰ τῆς ψυχῆς et qui huius generis exempla collegit Blomfieldum Aesch. Agam. 6. — Iam Saxo κάλως praepostere Babrio infarsit, qui subinde recte ante Levisium ἐς μέσσον pro ἐς μέσον librorum scripsit. Nam quod ante Burgesium C. Schneiderus excogitavit ἐς τὸ μέσον, ab loco tam est alienum, quam insulsum Bergeri commentum:

εἰς οἶκον εἰςώρμησ' ἄμετρα λακτίζων.

ἦλθε MSS. ἦλθ' uterque Schneiderus. ἦλθεν Levisio iure probatum est. 14. ὁποῖα Vatt. „Ἴσως γράφειν ἠβούλετο ὁποῖα κύων" Coraes. Ad ὁποῖα supplendum esse ὁ κύων σαίνει C. Schneiderus vere monuit. Sic supra fab. XV, 9: τρέφων ὁποῖα σαυτὸν εὐθαλεῖ σίτῳ. 15. Inconcinne pro βαλὼν θλάσεν C. Schneiderus θλάσεν βάλλων; loci sensus βαλὼν flagitabat. Ionicam formam oblitteratam Saxo redintegravit Bergero et Levisio sequacibus. 16. Codicum scripturam ἠλοίησε priores retinuerunt, syllabam οι ut in ποιεῖν, τοῖος, τοιοῦτος corripi posse opinati. Alteram illam formam praetuli ἠλόησε, de qua cf. Valck. in Amm. l. I, c. 4. et Hemsterh. in Poll. X, 160. Vide tamen praeter Suidam Grammaticorum praecepta apud Bekker. Anecd. Tom. I, p. 379, (coll. Bachmanni Anecd. Tom. II, p. 375. sq. Tom. I, p. 71. Thom. Mag. 8, 2. Ed. Hal. Lob. in Phryn. p. 204.) p. 16. et Bachm. Tom. II, p. 375.

17. δειπνοῦντα δ' αὐτὸν δ. Berger. 19. Vaticanorum scripturam θεράποντες ἐν μέσοισιν ὡς εἶδον, ἐσάωσαν pro

scazonte posuit Saxo; illo prior immodulatum versum C. Schneiderus sic sanavit:

*θεράποντες ἐν μέσοις ἔσωσαν, ὡς εἶδον,*

quam coniecturam Levisius tribuit Bergero; is tamen Vaticanorum ἐν μέσοισιν iure retinuit, quod a prioribus Babrio ereptum esse doleo. Praeterviderunt omnes verborum ordine retento σῶσαν pro illo ἐσάωσαν scribendum esse; nam metaphrastae debetur augmentum, cuius omissionem Babrio evincunt φύλασσεν, νέμοντο, fab. V, 3. 15. βόσκοντο fragm. XI, 2. θλάσσεν h. fab. v. 15. et quod infra reponendum ἐκπνείεν. 20. κρανείας δὲ κορύναις Vatt. κρανέαις δὲ κορύναις Schneid. Saxo parum commode; nam huius adiectivi forma est vel κράνειος quod ubique obvium aut κρανέϊνος, cf. Hym. in Merc. 460:

*ναὶ μὰ τόδε κρανέϊνον ἀκόντιον,*

et apud Herodot. VII, 92: εἶχον δὲ τόξα κρανέϊνα, quo loco κρανέϊα MS. Schellershemiani recte improbatur. Verum vidit C. Schneiderus; nam verborum ordo fuit perturbatus. De mensura vocabuli κορύνη, cuius υ plerumque corripitur cf. Heinr. in Hes. Sc. 289. Dignus est qui unacum dorico suo asino in pistrinum detrudatur Bergerus:

*κρανείαις τ' ἄλλος κίλλον ἄλλοθεν κρούων.*

21. καὶ αὐτὸς ὕσταί ἔκπνεεν Vatt. De crasi illa cuius fab. XIII, 4. XX, 19. exempla inveniuntur excitavit C. Schneiderus Aristoph. Vesp. 554. Idem non felici conatu ἐκπνεύσεν quod sensui refragatur scripsit; etenim neque illud neque quod iam ante Levisium Buttmanno auctore Schneiderus Saxo scripsit ἐξέπνει mihi probatur; ἐκπνείεν Nostro non alienum esse in v. 19. probare conatus sum. Bergerus ἔπνειεν tentavit. 22. χρῆν Schneiderus S. Buttmanno auctore. 23. τί γὰρ παρ' οὔρεσιν οὐκ ἐπολευόμην Codd. Duarum coniecturarum Saxonis altera propter scazontis leges est reiectanea:

*τί γὰρ ἐγὼ παρ' ὄρεσσιν οὐκ ἐπωλούμην,*

alterius quae Buttmanno non displicuit auctor ante illos iam extitit C. Schneiderus:

*τί γάρ παρ' οὐρήεσσιν οὐκ ἐπωλούμην.*

Hic: ex οὔρεσιν (inquit) feci οὐρήεσσιν ab οὐρεύς, *mulus*. Mira enim videbatur dictio: *apud montes versari*. Codicum scriptura suspecta fuit Levisio, qui ipse nihil mutavit. οὔρεσιν fortasse propter verba ἡμέρας δ' ὕλην κατῆγ' ἀφ' ὕψους retinuit Bergerus, qui ex foeda interpolatione pessimos protulit versus:

*τί γάρ παρ' οὔρεσιν οὐκ ἐπολευόμην, βαιῷ*
*δ' ἄφρων καὶ μελεὸς κυνιδίῳ παρισούμην.*

Quod priores praeterviderunt ἐπωλεύμην scripsi, cf. in fab. XV, 11. 24. Producitur ῑ in παρισούμην. Etymologici Magn. auctor p. 477, 10: Εὕρηται (inquit) τὸ ῑ μακρὸν καὶ βραχύ· παρὰ μὲν τῷ ποιητῇ ἀεὶ μακρόν· παρὰ δὲ τοῖς πεζολόγοις, βραχύ. καί παρὰ τοῖς ἐποποιοῖς εὕρηται καὶ συνεσταλμένον, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ — κατὰ δὲ ἰαμβικοὺς ἐπαμφοτερίζει.

Graeca fabula prosaria quam p. 111. exhibui integriores sunt apologi Latini Anonymi apud Nilant. p. 13. Romulique fab. XV, et Burmanni senariis illigata fabula post Phaedr. Schwab. Tom. II, p. 498:

Blandiri domino asellus ut vidit suo
canem, et de mensa saturari quotidie,
et frustra largiter iactari a familia;
sic est locutus, si canem immundissimum
in tantum dominus et familia diligit,
quid me futurum, si par illi fecero
officium, multo qui sum melior hoc cane,
rebusque pluribus utilis et laudabilis?
alor qui sanctae fontibus puris aquae,
ciboque numquam soleo pasci sordido.
sum sane catulo dignior vita frui
beatiore, honorem et summum consequi.
asellus haec dum secum, stabulum conspicit
intrare dominum: quare accurrens ocius
rudensque prosilit, et humeris ambos pedes
imponit, osque lingua coepit lingere
vestemque foedis scindens ungulis, gravi

herum fatigat, stulte blandus, pondere.
clamore domini concitatur familia;
fustesque et saxa passim arripiens obvia,
rudentem mulcat; et mox membris debilem
fractisque coxis, domini lapsum a corpore,
semianimum tandem deiicit ad praesepia.

---

## Fabula XVII.

### Ὄνος παίζων.

---

*Ὄνος τις ἀναβὰς εἰς τὸ δῶμα καὶ παίζων*
*τὸν κέραμον ἔθλα· καί τις αὐτὸν ἀνθρώπων*
*ἐπιδραμὼν κατῆγε τῷ ξύλῳ παίων.*
*ὁ δ᾽ ὄνος πρὸς αὐτόν, ὅς τὸ νῶτον ἤλεγχε,*
*καὶ μὴν ὁ πίθηκος ἐχθὲς εἶπε καὶ πρώην*
*ἔτερπεν ὑμᾶς αὐτὸ τοῦτο ποιήσας.*

---

Vaticanorum apologum apud Furiam CCCLXIII. numeris choliambicis reddiderunt Coraes p. 268. C. Schneiderus Annott. p. 47. sq. Schneiderus Saxo fab. VII. Bergerus l. I, 21. Burgesius Vol. XXVII, p. 26. Levisius fab. XII.

4. *τὸν νῶτον* quod Codices suppeditarunt post Coraen Schneiderus S. et Bergerus iure recepissent, si Herodiani valeret praeceptum p. 435: *τὸ νῶτον καὶ τὰ νῶτα οὐδετέρως ἐπὶ ἀνθρώπων· ἐπὶ δὲ τῶν ἀλόγων τὸν νῶτον ἀρσενικῶς.* Quam distinctionem ab veteribus observatam esse Piersonus in Moer. p. 267. pronunciavit. Refragatur tamen Xenophon de re equest. c. III, §. 3: *ἔπειτα δὲ προσέχειν δεῖ τὸν νοῦν, πῶς ἐπὶ τὸν νῶτον δέχεται τὸν ἀναβάτην.* Cum Moeride conspirat Phrynichus p. 290: *ὁ νῶτος ἀρσενικῶς λεγόμενος ἁμαρτάνεται· οὐδετέ-*

ρως δὲ τὸ νῶτον καὶ τὰ νῶτα δοκίμως ἂν λέγοιτο, quorum praeceptis h. l. choliambi leges favent. Parum igitur caute Lobeckius Babrii loco ad illud τὸν νῶτον firmandum usus est. Pluralis numerus supra fab. XVI, 18. extat. 5. καὶ μὴν ὁ πίθηκος χθὲς Codd. Corae sequace. C. Schneiderus:

καὶ μὴν ὁ πίθηκος χθὲς εἶπε, καὶ πρώην,

Nam quod prima (inquit) syllaba in πίθηκος producitur, fortasse non corrigendum est, quamquam facile corrigi possit inserta particula γε, quam sensus non respuit." Lapsus est, nam prima illius vocabuli syllaba item corripitur in Babrii fragmento apud Suidam s. v. Πίθηκος·

Κερδοῖ πίθηκος φησίν, ἣν ὁρᾷς στήλην.

Neque magis interpositum illud γε iuvat. Nam quod Buttmannus, qui praepostere expunxit articulum, vidit ἐχθὲς hoc loco est reponendum. Grammaticorum dissensiones de χθὲς et ἐχθὲς forma transcripsit Lobeckius in Phryn. p. 323, coll. Thierschio in Aristoph. Ran. 725, qui proverbialem dictionis usum ἐχθὲς καὶ πρώην attigit. Censori suo satisfecit Bergerus:

καὶ μὴν χ' ὁ πίθηκος —

## Fabula XVIII.

### Ὀρνιθοθήρας, Πέρδιξ καὶ Ἀλεκτορίσκος.

Ὀρνιθοθήρᾳ φίλος ἐπῆλθεν ἐξαίφνης
μέλλοντι θύμβραν καὶ σέλινα δειπνήσειν.
ὁ δὲ κλωβὸς εἶχεν οὐδέν· οὐ γὰρ ἠγρεύκει.
ὥρμησε δὴ πέρδικα ποικίλον θύσων,
ὃν ἡμερώσας εἶχεν εἰς τὸ θηρεύειν·
ὁ δ' αὐτὸν οὕτως ἱκέτευε μὴ κτεῖναι,
τὸ λοιπὸν εἶπε δικτύῳ τί ποιήσεις,
ὅταν κυνηγῇς; τίς δέ σοι συναθροίσει
εὔωπον ἀγέλην ὀρνέων φιλαλλήλων;
τίνος μελῳδοῦ σὺ πρὸς ἦχον ὑπνώσεις;
ἀφῆκε τὸν πέρδικα καὶ γενειήτην
ἀλεκτορίσκον συλλαβεῖν ἠβουλήθη·
ὁ δ' ἐκ πεταύρου κλαγγὸν εἶπε φωνήσας·
πόθεν μαθήσῃ πόσσον εἰς ἕω λείπει
τὸν ὡρόμαντιν ἀπολέσας με· πῶς γνώσῃ
πότ' ἐννυχεύει χρυσότοξος Ὠρίων;
ἔργων δὲ τίς σε πρωϊνῶν ἀναμνήσει,
ὅτε δροσώδης ταρσός ἐστιν ὀρνίθων;
κἀκεῖνος οἶδας εἶπε χρησίμους ὥρας
ὅμως δὲ δεῖ σχεῖν τὸν φίλον ὅ, τι δειπνήσει.

Vaticanam fabulam quae apud Furiam CCCLXIX. pedestri sermone incedit, tam Babrio quam numeris reddidit Coraes p. 269, qui: *τὸν δὲ μῦθον* (inquit) *ἐκ καλῶν τοῦ Βαβρίου χωλιαμβικῶν εἰς πεζὸν διασκευασθέντα μῦθον, ἀποκατέστησα, ὡς οἷόν τε ἦν εἰς τὸ ἀρχαῖον.* Post illum coniecturis apologum tentarunt C. Schneiderus Annott. p. 48, sq. Schneiderus S. p. 120. Bergerus p. 17, sq. Burgesius Vol. XXVII, p. 26. Levisius p. 297.

1. *αἴφνης* cum Vatt. Coraes; *ἐξαίφνης* probabilis C. Schneideri est coniectura. 2. Tenuem hominis describit

victum; vide quae de θύμβρα annotavit Eutecnius Metaphr. in Nicand. Ther. 531.:

ἐν δέ τε θύμβρης
δρεψάμενος βλαστὸν χαμαιευνάδος —

coll. Scholl. et Interpp. in Aristoph. Achar. 242. Nubb. 420. 3. Vocabulum κλωβὸς (cavea viminea, avibus captandis apta) recurrit apud Paraphr. Oppian. Ixeut. III, 14, et quem Iacobsius Anth. Tom. VIII, p. 25. coniectura tentavit, Antipat. Sid. XVII, 3. Adde Schneider. in Arist. Hist. Anim. Tom. IV, p. 65. 4. δὲ cum Codd. Coraes. δὴ C. Schn. δ' οὖν Schn. S. γοῦν Berger. οὖν Levisius. De vocabuli πέρδιξ mensura cf. Draco praeter pp. 44, 6. 93, 11. 100, 9. potissimum p. 27, 4: τὰ μέντοι εἰς ιξ λήγοντα ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν συστέλλει τὸ ι, ἐπὶ μέντοι γενικῆς πῆ μὲν φυλάττει τὸ συνεσταλμένον, πῆ δὲ ἐκτείνει, καὶ φασίν τήρησίν τινα εἶναι τοιαύτην, ὡς τὰ ἔχοντα πρὸ τέλους μακρὸν φύσει, ἔχει ἐν τῇ γενικῇ ἐκτεινόμενον τὸ ι, οἷον — πέρδιξ — πέρδικος, μακροῦ τοῦ ι. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Ἀσκαλωνίτης φησὶν ὡς τῆς πέρδικος καὶ χοίνικος γενικῆς ἡ μέση συστέλλεται πεισθεὶς Ἀριστοφάνει τῷ γραμματικῷ, καὶ τοῖς οὕτω χρησαμένοις ποιηταῖς διὰ τὸ μέτρον, ἀλλὰ ταῦτα διὰ τὸ μέτρον ἐγένετο, et qui utriusque usus exempla congessit Athen. l. IX. pp. 388, 89. 5. Inde πέρδικες τιθασσοὶ et θηρευτὴς πέρδιξ apud Arist. Hist. Anim. Ι', θ', §. 3, 4, coll. Athenaeo l. IX, p. 388. sq. 7. Vaticanorum lacunam: τὸ λοιπὸν δικτύῳ τί ποιήσεις post Coraen Schneiderus Saxo et Levisius voce λέγων versus in capite posita resarserunt. Bergerus: τὸ λοιπὸν τῷ σῷ δικτύῳ τ. π. C. Schneiderum secutus sum. δικτύῳ, nam οἱ πέρδικες θηρῶνται λίνοις τε καὶ πηκτίσιν ἢ φωνῇ πέρδικος ἢ παροξυνθέντες ἐς μάχην ἢ ἐλάφου δορᾷ, Ixeut. III, 7. Reliqua vide apud Schneiderum in Arist. Hist. Anim. Tom. IV, p. 65. 9. εὐωπῶν Vatt. C. Schneiderus: ex εὐωπῶν (inquit) feci εὐωπὸν propter metrum, et ut epithethon alterum a voce ὀρνέων removeretur; εὐωπός, ὁ et ἡ, secundum analogiam verbi δεινωπὸς et aliorum, quae collegit Fischerus ad Vell. II, p. 60. sqq." Eandem coniecturam protulit Schneiderus Saxo, Levisio sequace, qui Pors. in Eurip. Med.

1363. excitavit. Bergerus vulgatam retinuit, quae licet metri licentiam comprobent fab. XV, 7. V, 1. reiectanea mihi visa est, quamquam fab. V, 4, 5: καὶ γὰρ ἄκριτον πλήθει μέλαν κολοιῶν ἔθνος ἦλθε δυςφώνων alteram C. Schneideri rationem infringunt. In vocem cf. Eustath. p. 1389, 2: τὰ δὲ τοῦ τετάρτου τύπου, εἰς ο ὀξύτονον, οἷον· εἰςωπός, εὐωπός, σκυθρωπὸς καὶ τἄλλα. Parum caute Levisius scripsit ἀγελήν, nam τὰ διὰ τοῦ ελη μονογενῆ ὑπερδισύλλαβα παροξύνεται, σεμέλη, ἀγέλη — Arcad. p. 108, 26. 10. Buttmanno auctore illud σὺ inserui, ante quem Codicum scripturam τίνος μελῳδοῦ πρὸς ἠχ. ὑπν. C. Schneiderus μελῳδοῦντος, Coraes πρὸς τὸν ἦχον, Bergero et Levisio sequacibus correxerunt. 11. Pro Vaticanorum καὶ γεννητὴν tentavit τόν τε γεννητὴν C. Schneiderus, quod reciperem, nisi Coraen, qui: μῶν γραπτέον γενειήτην? ascripsit, probarem. Illud enim γενειήτην etsi non e tripode sit dictum, tantopere ad fabularum indolem est accommodatum, ut lepidius suaviusque nihil possit excogitari. Sic Suidas s. v. Κάλλαια in Aristoph. Eqq. 500:

χὤπως τὰ κάλλαι' ἀποφαγὼν ἥξεις πάλιν,

de galli gallinacei palea dixit: οἱ πώγωνες τῶν ἀλεκτρυόνων, quae ex Comici Scholiaste derivavit. Vocabulorum γεννητὴς et γενειήτης confusio recurrit apud Theocr. XVII, 3, quo loco Valckenarius γενειήτης probavit. De hirco barbato (Phaedr. l. IV, 9.) Antipater Sid. LXI:

ἄλλο λεόντων
ἄλλο γενειητῶν ἔργον ὄρωρε τράγων.

Aeque perversae sunt Censoris disputationes atque Bergerianus versus:

ἀφῆκ' οὖν τὸν πέρδικα κaὖτε γεννητήν.

12. Codices cum C. Schneidero expressi; ἐβουλήθη reliquorum si cui placeat, equidem nil adversor. 13—15. Choliambos tres recondunt Vaticanorum verba: ὁ δ' ἐκ τοῦ τέγους κλαγγὴν εἶπε φωνήσας· |πόθεν μαθήσεις, πόσον εἰς ἔω λείπει,| τὸν ὀρομαθῆν ἀπολέσας; πῶς γνώσῃ. Versus nomine poetae ascripto apud Suidam s. v. Πέταυρα sic a Gaisfordo proferuntur:

ὁ δ' ἐκ πεταύρου κλαγγὸν εἶπε βοήσας·
πόθεν μαθήσῃ, πόσσον εἰς ἕω λείπει
τὸν ὡρονόμον θύσας με.

Universe de Codicum et Suidae discrepantia cum Cap. III, p. 44, sqq. sit expositum, singula nunc iuvat excutere. Omnino Vaticanorum τέγους displicet, nam quod Suidas posuit πεταύρου a Babrio profectum esse numerorum ratio evincit. Reperitur vocabulum apud Theocr. XIII, 3:

οὔθ' ὁπόκ' ὀρτάλιχοι μινυροὶ ποτὶ κοῖτον ὁρῷεν,
σεισαμένας πτερὰ ματρὸς ἐπ' αἰθαλόεντι πετεύρῳ.

Adde Bachm. Anecd. Vol. II, p. 354, 10: Εἰς πέταυρον Ἅιδου. ἤγουν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ἅιδου, ἀπὸ μέρους· ὥσπερ ἀπὸ τῆς στέγης ἢ οἰκίας. Pertica alio nomine dicebatur ταῤῥός, teste Suida s. v. Ταῤῥοί. Ἀττικῶς. — ἡ ταῤῥὸς μετέωρόν τι ἰκρίον ἐφ' οὗ αἱ ἀλεκτορίδες κοιμῶνται. In Etymol. Gud. v. πέταυρον, παγὶς ἢ βάρος p. 463, 44. cf. Etym. Magn. Auct. s. v. Σκανδάλιθρον, coll. Suid. s. v. Σκανδάληθρα et Πέταυρον. — Vaticanorum κλαγγὴν Bergero probatum et Rochettio choliambi legibus adversatur; Suidam expressi, apud quem cum Codd. Parisino II. et Bruxellensi Editio Mediol. κλανὸν suppeditat. Rectius fortasse κλαγκτὸν Passovius reponi iussit. C. Schneiderus: κλάγγον, inquit, esse potest h. l. participium a verbo κλάγγω, pro adverbio κλαγγηδόν. Fortasse tamen κλαγερὸν scribendum est, quod verbum legitur apud Antipatr. Sid. XVII, 8: τῶν κλαγερῶν γεράνων." Illius participii usum etsi concesseris, praesens verbi κλάγγω non satis Eustathii auctoritate p. 39, 41 confirmatur. Altera Schneideri coniectura non magis est probabilis quam τρανὸν quae Toupii Emend. in Suid. III, 46. fuit ratio. Is enim totum versum assentiente Maltbyo Thes. p. 780. sic temere refinxit:

ὁ δ' ἐκ πεταύρου τρανὸν εἶπ' ἐπιβοήσας.

Nam apud Suidam vulgata est lectio βοήσας, pro qua βωστρήσας Hemsterhusius Gaisfordo non improbante Babrio vindicare periclitatus est. Vaticanis tamen illius coniecturam posthabui; φωνεῖν de gallo reperitur fab. XXXVII.

Heus. τοῦ δὲ ἀλεκτρυόνος κατὰ τὸ εἰωθὸς φωνήσαντος, fab. LXVI. ὁ ἀλεκτρυὼν ἐφώνησε. 14. μαθήσεις Vaticani pro Suidae μαθήσῃ suppeditarunt. πόσον Vaticanorum est vitium saepius recurrens; sic illi fab. XVI, 13. μέσον pro μέσσον, v. 15. θλάσεν pro θλάσσεν. „Ionicum est πόσσον: neque satis bene Graecum πόσον in tali loco: debuit esse πόστον, teste Suid. πόστος: ubi citatur πόστον ἔτος et πόστη ὥρα." Burges. 15. ὡρομαθῆν Vatt. Coraes: "Ισ. γρ. τὸν ὡρομαθῆ γ' ἀπολέσας. Hunc improbavit C. Schneiderus: verbum ὡρομαθὴς nusquam occurrit et ad gallum designandum pessime fictum est." Disposuit verba:

θύσας με τὸν ὡρονόμον ὄντα· πῶς γνώσῃ.

Neque Vaticanos neque priorum editorum rationes comprobavit Saxo:

τὸν ὡρόμαντιν ἀπολέσας με· πῶς γνώσῃ.

cuius coniecturam post Levisium recepi, quamquam olim Suidae vestigiis insistens tentabam:

τόν ὡρονομεῦντ' ἀπολέσας με· πῶς γνώσῃ

Tyrwhittus p. CLXXXVI. Suidae scripturam reposuit, cui reliqua versus pars ut in Vaticanus exhibetur, refragatur; Bergerus igitur resarsit lacunam:

τὸν ὡρονόμον θύσας με· πῶς σαφῶς γνώσῃ

quo de versu cf. Rochettii vagam disputationem l. l. p. 112.

16. Media nominis Ὠρίων producitur, cf. Draco p. 105, 18: Ὠρίων τὸ ρι βραχύ, διὸ καὶ φυλλάττει τὸ ω μέγα ἐν ταῖς πλαγίαις, τὰ γὰρ εἰς ων λήγοντα πρὸ τοῦ ων δίχρονον συνεσταλμένον ἔχοντα φυλλάττει τὸ ω ἐν ταῖς πλαγίαις, (cf. p. 17, 18) — Ὠρίων, Ὠρίωνος, παρὰ ποιηταῖς δὲ μακρὸν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, coll. pp. 120, 5. 122, 9 et Eustath. p. 1699, 29, qui de venatoris morte narrationes contexuit p. 1527, 46. De sideris ortu cf. Voss. in Georg. p. 108. 17. Babrii vocabulo πρωινῶν usus est Lobeckius in Phryn. p. 52; citerioris illud esse Graecitatis Graefii Melet. I, 55. fuit iudicium. Diversae huius adiectivi formae coniunctae reperiuntur apud Suidam: Πρώιμος, πρωινόν, καὶ πρωινῶς, καὶ πρώιον. 18. ὅτε δὴ δροσώδης improspere Burgesius tentabat. Furia versum convertit:

*quando nimirum avium roscidi pedes sunt.* Ταρσὸς quid sit, docet cum Gloss. Herod. VIII, 12. Suidas s. v. *Ταρσός· κυρίως τῶν ὀρνίθων ἡ πτέρωσις.*

19. Vaticanorum scripturam immodulatam κἀκ. εἶπεν· οἶδας χρησ. post Saxonem Bergerus reposuit. Quod Coraes coniectavit οἶδα loci sensum pervertit. C. Schneiderus οἶσθα iam ante Burgesium, Levisio astipulante, dederat, quia illud οἶδας minus esset Atticum. Contra quem cf. Piers. in Moer. p. 283. et Lob. in Phryn. p. 236. Retento illo οἶδας (Odyss. α, 337. Hym. in Merc. 456. 467.) verborum transpositione numeris satisfeci. 20. Haustum aliquem produnt MSS. verba: ὅμως δὲ δεῖ σχεῖν τι δειπνήσει. Furiae interpretatio: *attamen aliquid oportet habere, quod amicus meus coenare possit,* huius coniecturae:

ὅμως δὲ δεῖ σχεῖν τὸν φίλον τί δειπνήσει

quam eodem tempore Coraes et C. Schneiderus protulere, fuit origo; hic tamen ὅ, τι δειπνήσει, Saxone astipulante p. 210, qui reliqua refinxit: ὅμως δὲ δ. τὸν ξένον ἔχειν. Displicet alterum Coraae inventum σήμερον τί δειπνήσω. Burgesii versum paulo liberiorem:

ὅμως δὲ δεῖ μ' ἑλεῖν σε, δεῖπνα ποιήσεις

equidem non laudarim. Non multum a Bergeriano: ὅπως φίλος τί δειπνήσει, Levisianum: ἵνα φίλος τι δειπνήσῃ recedit.

## Fabula XIX.

*Πάρδαλις καὶ Ἀλώπηξ.*

*Στικτή ποτε πάρδαλις φορεῖν ἐκαυχᾶτο*
*ζῴων ἁπάντων ποικιλωτέραν δέῤῥιν·*
*πρὸς ἣν ἀλώπηξ εἶπεν· ἀλλ' ἐγὼ σοῦ τῆς*
*δορᾶς ἔχω γε ποικιλωτέραν γνώμην.*

Levi negotio prosariam fabulam Bodleiani Codicis CXXXI: *Στικτή ποτε πάρδαλις ἐκαυχᾶτο φορεῖν ἁπάντων ζῴων ποικιλωτέραν δέῤῥιν· πρὸς ἣν* [*ἡ* add. Cor. p. 96] *ἀλώπηξ εἶπεν· ἐγὼ σοῦ τῆς δορᾶς κρείττονα καὶ ποικιλωτέραν γνώμην ἔχω* — choliambis inclusit Tyrwhittus, cuius ex Dissertatione eam transcripserunt Teucherus post Anton. Lib. p. 214. Schneiderus S. 213. Berg. l. I, 6.

3. 4. Saxoni elegantius videbatur scribi:

*ἀλλ' ἔγωγε σῆς κρείττω*
*δορᾶς καὶ ποικιλωτέραν ἔχω γνώμην*

quorum versuum secundus pede secundo vitio est maculatus. Qui iisdem ferme verbis apud Nevel. CLXII. Schneid. fab. XII. Fur. XIII. legitur apologus, eo bis usus est Plutarchus Sept. Sap. Con. c. XII. et Animine an corp. aff. c. II. Gabriae fabulam ineditam vid. apud Band. Tom. I, p. 30.

## Fabula XX.

### Χαραδριὸς καὶ αὐτοῦ Παῖδες.

Χαραδριὸς ἦν τις ἐν χλόῃ νεοττεύων
τῷ τε κορυδαλλῷ πρὸς τὸν ὄρθρον ἀντᾴδων·
καὶ παῖδας εἶχε ληΐου κόμαις θρέψας,
λοφῶντας ἤδη καὶ πτεροῖσιν ἀκμαίους.
ὁ δὲ τῆς ἀρούρης δεσπότης, ἐποπτεύων
ἀνθηρὸν εἶναι τὸ θέρος εἶπε· νῦν ὥρη
πάντας καλεῖν με τοὺς φίλους, ἵν᾽ ἀμήσω.
καί τις χαραδριοῦ τῶν λοφηφόρων παίδων
ἤκουσεν αὐτοῦ τῷ τε πατρὶ μηνύει,
σκοπεῖν κελεύων ποῦ σφέας μεταστήσει·
ὁ δ᾽ εἶπεν· οὔπω καιρός ἐστι τοῦ φεύγειν,
ὃς τοῖς φίλοις πέποιθεν οὐκ ἄγαν σπεύδει.
ὡς δ᾽ αὖθις ἐλθὼν ἡλίου θ᾽ ὑπ᾽ ἀκτίνων
ἤδη ῥέοντα τὸν στάχυν θεωρήσας,
μισθὸν μὲν ἀμήτορσιν αὔριον πέμψειν
μισθὸν δὲ πᾶσι δραγματηφόροις δώσειν
ἔλεγε, χαραδριὸς εἶπε νηπίοις οὕτως·
νῦν ἔστιν ὥρη, παῖδες, ἀλλαχοῦ φεύγειν
ὅτ᾽ αὐτὸς ἀμᾷ κοὐ φίλοισι πιστεύει.

---

Babrianae huius fabulae quam primus integram edidit ex Vaticanis MS. Furia p. 155, quattuor versus 3. 4. 18. 19. iam ex Suida vulgabantur. Apologo, qui Graeco sermone conscriptus in Vaticanis tantum extat, Q. Ennius usus est, ut tradidit A. Gellius l. II, 29: Hunc Aesopi apologum Q. Ennius in Satiris scite admodum et venuste versibus quadratis composuit: quorum duo postremi isti sunt, quos habere cordi et memoriae operae pretium esse hercle puto:

*Hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm:*
*ne quid expectes amicos, quod tute agere possies.*

Elegis fabulam paulo mutatam inclusit Avianus XXI. Ad Babrium proxime accedit Auctor, quem Gellius expressit, qui, postquam apologi auctorem Aesopum perhiberi exposuit, sic pergit: *Avicula, inquit, est parva. Nomen est cassita. Habitat nidulaturque in segetibus, id ferme temporis, ut appetit messis, pullis iamiam plumantibus. Ea cassita in sementes forte congesserat tempestiviores. Propterea frumentis flavescentibus pulli etiam tunc involucres erant. Cum igitur ipsa iret cibum pullis quaesitum, monet eos, ut si quid ibi rei novae fieret dicereturve, animadverterent, idque uti sibi, ubi redisset, nuntiarent. Dominus postea segetum illarum filium adolescentem vocat: et videsne, inquit, haec ematuruisse, et manus iam postulare? iccirco die crastini, ubi primum diluculabit, fac amicos adeas, et roges veniant, operamque mutuam dent, et messem hanc nobis adiuvent. Haec ubi ille dixit, discessit. Atque ubi rediit cassita, pulli trepiduli circumstrepere orareque matrem ut iam statim properet, atque alium in locum sese asportet: nam dominus, inquiunt, misit qui amicos rogaret, uti luce oriente veniant et metant. Mater eos iubet animo otioso esse: si enim dominus, inquit, messem ad amicos reiicit, crastino seges non metetur; neque necesse est, hodie uti vos auferam. Die igitur postero mater in pabulum volat. Dominus quos rogaverat opperitur. Sol fervit et fit nihil: et amici nulli erant. Tum ille rursum ad filium: amici isti, inquit, magnam partem cessatores sunt. Quam potius imus, et cognatos affinesque et vicinos nostros oramus, ut assint cras tempori ad metendum. Itidem hoc pulli pavefacti matri nuntiant. Mater hortatur, ut tum quoque sine metu ac sine cura sint: cognatos affinesque nullos ferme tam esse obsequibiles, ut ad laborem capessendum nihil cunctentur, et statim dicto obediant. Vos modo, inquit, advertite, si modo quid denuo dicetur. Alia luce orta avis in pastum profecta est. Cognati et affines operam, quam dare rogati sunt supersederunt. Ad postremum igitur dominus filio: valeant,*

*inquit, amici cum propinquis. Afferas primo luci falces duas: unam egomet mihi, et tu tibi capies alteram; et frumentum nosmetipsi manibus nostris cras metemus. Id ubi ex pullis dixisse dominum mater audivit: tempus, inquit, est cedendi et abeundi: fiet nunc dubio procul, quod futurum dixit. In ipso enim iam vertitur, cuia est res; non in alio, unde petitur. Atque ita cassita nidum migravit. Seges a domino demessa est.*

Vaticanum exemplar choliamborum numeris astrinxerunt Coraes p. 273, Chr. Schneiderus p. 51. Schneiderus Saxo Curr. Posterr. in Aristot. Hist. Anim. Tom. IV, p. 488 et in Aesopi fab. ed. p. 121. Bergerus l. II, 1. Blomfieldus p. 414. Burgesius Vol. XXVII, p. 30. Levisius p. 300.

1. Schneiderus Curr. Posterr. in Arist. Anim. Tom. IV, p. 488: „Χαραδριός, inquit, nomen avibus pluribus commune fuisse videtur, aut Babrius ut poeta nimia licentia fingendi usus est, cum charadrium avem introduceret cristatam in arvis cum alauda nidulantem et mane cantillantes.“ Complures huius aviculae species fuisse vel ipse Aristoteles IX, 12, §. 1. docet: τὰς δ' οἰκήσεις οἱ μὲν περὶ τὰς χαράδρας καὶ χηραμοὺς ποιοῦνται καὶ πέτρας, οἷον ὁ καλούμενος χαραδριός. Ἔστι δὲ ὁ χαραδριὸς καὶ τὴν χρόαν καὶ τὴν φωνὴν φαῦλος· φαίνεται δὲ νύκτωρ, ἡμέρας δ' ἀποδιδράσκει. Hoc loco charadrius Gazae *quasi hiaticula* est, qui avis eiusdem nisi fallor aliam speciem *rupicem* nominavit apud Aristot. VIII, 5, 7: περὶ δὲ τὴν θάλατταν καὶ ἀλκυὼν καὶ κήρυλος· καὶ αἱ κορῶναι δὲ νέμονται ἁπτόμεναι τῶν ἐκπιπτόντων ζῴων· πάμφαγον γάρ ἐστι· ἔτι δὲ λάρος ὁ λευκός, αἴθυια, χαραδριός. Haec igitur aviculae species non circa loca fragosa saxosaque et cavernas vitam degit, verum in maris littoribus. Quam ad speciem fortasse annumeranda illa Comici avis:

ὕδωρ δ' ἐφόρουν κάτωθεν ἐς τὸν ἀέρα
οἱ χαραδριοὶ καὶ τἄλλα ποτάμι' ὄρνεα,

Avv. 1141, nam Scholiastae verba: ὠνοματοπεποίηται τὸ ὄρνεον παρὰ τὸ ἐν ταῖς χαράδραις διατρίβειν universe totum

genus indicant. Neque magis iuvant quae Scholiastes ascripsit in vv. 265, sqq.:

ἄλλως ἄρ' οὔπω, ὡς ἔοικ', ἐς τὴν λόχμην
ἐμβὰς ἐπῶζε, χαραδριὸν μιμούμενος.

Differt enim poetae χαραδριὸς ab illo, cuius de historia admirabili satis curiose exposuerunt Plutarchus Symp. V, 7, 2. Ruhnken. in Timaeum p. 273. Scholiastae Platonis in Gorg. p. 494. Aristophanisque l. l. et qui ex illis delibavit Suidas s. v. Χαραδριός. Babrii charadrius ut Aristotelis non noctu apparet, sed mane; non est τὴν φωνὴν φαῦλος, sed cum galerita cantus certamen init. Pulli eius sunt λοφηφόροι. Quapropter alaudae speciem a Babrio indicatam esse suspicor, cum et Ennius in Satiris de cassita (quae Linnaeo alauda est cristata) fabulam composuerit et Suidas, qui duos poetae choliambos s. v. λόφος excitavit, expresse ascripserit: περὶ κορυδαλοῦ φησί. Etenim duas alaudarum species commemoravit Aristoteles l. IX, 11, §. 4: Κορυδαλλῶν ἐστι δύο γένη· ἡ μὲν ἑτέρα ἐπίγειος καὶ λόφον ἔχουσα, ad quam hanc Babrii aviculam fortasse iure quodam referimus. Non multum iuvat Coraes: ὁ δὲ Αὖλος Γέλλιος πιθανωτέρως κορυδαλόν, οὐ χαραδριὸν τὸν πρωταγωνιστὴν ὑποτέθεικε τοῦ μύθου. Parum commode C. Schneiderus scripsit:

χαραδριός τις ἐν χλόῃ νεοττεύων
ἦν, τῷ κορυδαλῷ πρὸς τὸν ὄρθρον ἀντάδων.

Secundum versum interposito τε refinxit Blomfieldus, Levisio sequace. Vaticanos probarunt Coraes et Schneiderus S. εὐθὺς Bergerus infarsit ante ἀντάδων. De vocabulo κορυδαλλὸς cf. Lobeckius in Phryn. p. 338, quem fugit Arist. Hist. Anim. l. IX, 36, §. 5. Fluctuant libri inter scripturam κορυδαλὸς et κόρυδαλλός. Sic Mediceus MS. κορυδαλλὸς exhibet, Schneidero κορυδαλὸς probante. De voce ὄρθρος cf. Interpp. Phrynichi p. 275: ὄρθρος ἐστὶν ἡ ὥρα τῆς νυκτὸς καθ' ἣν ἀλεκτρυόνες ᾄδουσιν. 3. 4. Suidas s. v. Λόφος· γῆς ἀνάστημα ἢ περικεφαλαία·

καὶ παῖδας εἶχε ληίου κόμῃ θρέψας,
λοφῶντας ἤδη καὶ πτεροῖσιν ἀκμαίους.

*Περὶ κορυδαλοῦ φησί.* Cf. Cap. III, p. 49. Tertio versu illud εἶχε deest Vaticanis, qui subinde κόμαις. Dativorum singularis numeri et pluralis confusio non adeo infrequens apud Lexicographum, veluti secundum Küsterum s. v. *Πύρινος πόλεμος* extat εἴκειν τῇ ψυχῇ, quo loco Gronovius ταῖς ψυχαῖς in MS. Leidensi repperit. Toupius apud eundem auctorem s. v. *Κακὰ κακῶν* non sine iusta causa *Διοκλῆς Βάκχαις* coniectavit. Possit aliquis apud Nostrum formam Ionicam κόμῃς reponere; nam pluralem numerum praeter Levisium omnes comprobarunt, licet pro hoc faciat Odyss. ψ', 195. coll. Eustathio. Sic Horatius Od. IV, 3, 11: *et spissae nemorum comae.* Vitiose πτερίσι Vatt. exhibent. 5. ἀρούρας Levisio placuit. 6. Codicum scripturam: ἀνθηρὸν ὂν τὸ θέρος, εἶπε· νῦν ὥρη post Coraen Saxo recepit. ἔλεξε pro εἶπε C. Schneiderus reposuit, ἔφησε Buttmannus eorum immemor quae Gramm. ampl. Tom. I, p. 542. disputavit. Blomfieldus Levisio sequace correxit: ἀνθηρὸν ἤδη τ. θέρ. ν. εἶπ. ὥρα, ubi illud ὥρα certe a Nostro est alienum. 8. „Notandum est ἀμᾶν priore producta. Vide Heyn. ad Il. ω, 165. Vol. VIII, p. 625." Levisius. 9. Quod ex Codicibus probarunt, Coraes, Schneiderus Saxo et Bergerus λοφοφόρων, C. Schneiderus iam ante Blomfieldum correxerat; commissurae legem στεφανηφόρος, θαλαμηπόλος, θανατηφόρος, ψηφηφόρος comprobant, cf. Lob. Parerg. in Phryn. p. 650, sqq. et Blomfield. in Aeschyl. Sept. ad Theb. 415. 9. μηνύει, cf. Annott. in fab. X, 2. 11. Huc rettulit Schneiderus Saxo fragmentum, quod apud Suidam extat s. v. Ἤιον· αἰγύρων. — Καὶ Βάβριος·

οὔπω δὲ καιρός ἐστιν ἤια λύειν,

ubi ἤι' ἀλλύειν propter metrum Toupius coniectavit. 14. ῥέοντα. Eustath. p. 1662, 62: ῥέειν δὲ τρίχας ἀντὶ τοῦ ῥαδίως ἀποπίπτειν φησί· καὶ ἔστι καιριωτάτη λέξις. οὕτω δὲ καὶ ἄνθη ῥέειν καιριώτερον ἤπερ πίπτειν λέγονται. 15. ἀμήτορσιν quod Codices suppeditant retineo. ἀμητῆρσιν cum Blomfieldo Levisius reposuit. ἀμήτωρ formatum est ab ἀμάω ut ἐπιτιμήτωρ (Odyss. ι, 270) ab ἐπιτιμάω, γεννήτωρ (Epigr. ἀδ. DCX. Thomas Mag. p. 358, 16. Ritschl.)

a γεννάω, εὐνήτωρ ab εὐνάω, λικμήτωρ a λικμάω. πέμψειν Coraes. πέμπειν Vatt. 16. 17. Coraes Vaticanos secutus est:

μισθὸν δὲ πᾶσι δραγματοφόροις δώσειν ἔλεγε
εἶπε χαραδριὸς πᾶσι νηπίοις οὕτως.

Spretis sesquipedalibus versibus quos in Cur. Poster. dederat Saxo reponebat:

μισθὸν δ᾽ ἔλεγε δραγματηφόροις δώσειν
εἶπε χαραδριὸς παισὶ νηπίοις οὕτως,

quorum uterque secundo pede claudicat. Probabiliter δραγματηφόροις ille scripsit; sic στιγματηφόρος, γραμματηφόρος reperiuntur cf. Lob. in Phryn. p. 682. Verum tamen iam viderat C. Schneiderus, qui v. 17. sic disposuit:

ἔλεξεν, εἶπε πᾶσι νηπίοις οὕτως.

Eieci (inquit) verbum χαραδριός, quod perspicuitatis causa metaphrastes videtur inseruisse." Neque hoc verum est nec satis commode versus capite ἔλεξε (ἔλεγε Codd.) et εἶπε coacervantur. Suspicionem movet illud πᾶσι v. 17, quod non semel temere est infartum, cf. Gaisford. in Hephaest. p. 242. C. Schneiderus τοῖσι maluit, παισὶ Saxo excogitavit quod lepidi aliquid involvit. Prae reliquis Blomfieldi ratio placuit: nam ille πᾶσι neglecto scripsit:

ἔλεγε, χαραδριὸς εἶπε νηπίοις οὕτως,

quod pro tempore recepi, quamvis locus sic etiam a Babrii simplicitate aliquantum recedere videatur.

18. 19. Hos versus poeta ascripto Suidas excitavit s. v. Ἀμᾶν· θερίζειν· παρὰ τὸ ἅμα. (ἅμα σπᾶν Bernhardyus.) Βάβριος·

νῦν ἐστιν ὄντως, παῖδες, ἐκ τόπων φεύγειν
ὅτ᾽ αὐτὸς ἀμᾷ κοὐ φίλοισι πιστεύει.

Lexicographi ab Vaticanis discessionem supra Cap. III, p. 49. diiudicavi. v. 18. ὥρα Levisius scripsit, qui αὐτῷ pro ἀμᾷ ex levi iudicio reposuit.

# CAPUT V.

## *Fabularum deperditarum fragmenta.*

### Fragmentum I.

Apollonius Sophista s. v. Ἄειδε.

*Ταῦτα δ' Αἴσωπος ὁ Σαρδιηνὸς εἶπεν, ὅντιν' οἱ Δελφοὶ ᾄδοντα μῦθον οὐ καλῶς ἐδέξαντο.*

Cf. quae cap. II. p. 26, sq. annotavimus. Rem attigit Plutarchus de S. N. V. c. XII: *Οἷον ἐνταῦθα δήπουθεν λέγεται ἐλθεῖν Αἴσωπον, ἔχοντα παρὰ Κροίσου χρυσίον, ὅπως τε θύσηται τῷ θεῷ μεγαλοπρεπῶς καὶ Δελφῶν ἑκάστῳ διανείμῃ μνᾶς τέσσαρας. ὀργῆς δέ τινος (ὡς ἔοικε) καὶ διαφορᾶς αὐτῷ γενομένης πρὸς τοὺς αὐτόθι, τὴν μὲν θυσίαν ἐποιήσατο, τὰ δὲ χρήματα ἀνέπεμψεν εἰς Σάρδεις, ὡς οὐκ ἀξίων ὄντων ὠφεληθῆναι τῶν ἀνθρώπων· οἱ δὲ συνθέντες αἰτίαν ἐπ' αὐτὸν ἱεροσυλίας ἀπέκτειναν, ὤσαντες ἀπὸ τῆς πέτρας ἐκείνης, ἣν Ὑάμπειαν καλοῦσιν. ἐκ δὲ τούτου λέγεται μηνίσαι τὸ θεῖον αὐτοῖς, ἀφορίαν τε γῆς ἐπαγαγεῖν καὶ νόσων ἀτόπων ἰδέαν πᾶσαν, ὥςτε περιιόντας ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πανηγύρεσι κηρύσσειν καὶ καλεῖν ἀεὶ τὸν βουλόμενον ὑπὲρ Αἰσώπου δίκην λαβεῖν παρ' αὐτῶν. τρίτῃ δὲ γενεᾷ Σάμιος Ἴδμων ἀφίκετο, γένει μὲν οὐδὲν Αἰσώπου προςήκων, ἀπόγονος δὲ τῶν πριαμένων αὐτὸν ἐν Σάμῳ γεγονώς. καὶ τούτῳ τινὰς δίκας δόντες οἱ Δελφοὶ τῶν κακῶν ἀπηλλάγησαν.* Ceterum vid. Tyrwh. p. CXCIX.

## Fragmentum II.

*Λαγωοὶ καὶ Βάτραχοι.*

---

Suidas s. v. Ἄτολμοι· δειλοί, κατεπτηχότες·

Οὕθουνεκ' εἰσὶν ἀδρανέστατοι ζώων,
ψυχὰς ἄτολμοι, μοῦνον εἰδότες φεύγειν.

Eodem pertinet fragmentum s. v. Ἀκταίη· ἡ παραθαλασσία. — Καὶ αὖθις·

Καὶ βατράχων ὅμιλον εἶδον ἀκταίων.

Cui versui arte coniungendus alter a Suida excitatus s. v. Ὀκλαδίας· ὁ συγκεκλασμένος δίφρος, καὶ ποτὲ μὲν ἐκτεινόμενος, ποτὲ δὲ συστελλόμενος. Καὶ αὖθις·

Βαθεῖαν εἰς ἰλὺν ὀκλαστὶ πηδώντων.

Περὶ βατράχων ὁ λόγος.

---

1. Ὅθ' οὕνεκ' scripsit Gaisfordus; ipse secutus sum Buttmannum Gr. ampl. Tom. I, p. 120. et Lobeck. in Phryn. p. 657. Discessit ab illis Passovius, qui vocabulum, sicut ἐγῷμαι, ἐγᾆδα, coronide notari iubet; in eo tamen erravit, quod solis tragicis usurpatum illud fuisse censuit; nam invenitur apud Theocrit. XXV, 76. 2. μοῦνον] μᾶλλον MSS. Pariss. 4. ἰλύς cf. Lob. in Phryn. p. 72. ὀκλαστί. Usitatior huius adverbii et Atticis propria (cf. Photius p. 325, 20. Pors. ὀκλάξ· οὕτως καὶ οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν ὡς ἡμεῖς) forma est ὀκλάξ, de cuius significatu Eustathius p. 1769, 19: καὶ αὖ πάλιν κλῶ κλάζω καὶ ὁμοίῳ πλεονασμῷ τοῦ ο ὀκλάζω ἐξ οὗ καὶ δίφρος ὀκλαδίας, καὶ ἐπίῤῥημα δὲ ὀκλάξ, ὅθεν ὀκλὰξ καθῆσθαι ἐπὶ τὸ γόνυ, coll. Suida s. v. Ὀκλὰξ καθήμενος. Parisinus I. in Suidae explicatione βατράχου exhibet.

Babrii reliquias licet deprehendere apud imitatorem:

*Θανεῖν ἔθεντο πτῶκες ἢ ζῆν ἐν βίῳ,*
*ὡς εὐτελεῖς, ὡς ὄντες ἀδρανεῖς ἄγαν.*
*λίμνῃ δ' ἑαυτοὺς ἐμβαλεῖν ἠπειγμένοι,*
*ἔσχον φυγόντων βατράχων, θάρσος μέγα.*

Latine conscripsit apologum Romulus p. 100. Nilant. Ferunt fabulae iam dudum timidos lepores synodum fecisse, in qua firmum pactum inter se factum est, ut primo pavore illis superveniente omnes ad rupes marinas fugerent, et se illic in ima praecipitarent, ne quotidie assiduum timorem paterentur fugiendo. Itaque primo timore superveniente omnes lepores fugientes ad ripam cuiusdam fluminis, ubi ranae multae erant, pervenerunt. Sed ranae ubi sonitum fugientium leporum audierunt, omnes in profundum fluminis fugientes sese abdiderunt, quod lepores videntes stupefacti perstiterunt. De quibus unus sapientior omnibus inquit: videte quod omnis creatura habet quod timeat; nos non soli mali aliquid patimur. Redeamus ad provinciam nostram et illic patienter quicquid nobis evenerit, diligamus vitam nostram, sicut omnia animalia diligunt; et feramus quicquid evenerit, sicut illi sustinent; forsitan non quotidie fuga nostra fiet.

## Fragmentum III.

Suidas s. v. *Ἄνωθεν· ἐκ τόπου ἢ χρόνου. Βάβριος.*

Pro Babrii nomine *Σοφοκλῆς* in Codice Bruxellensi reperitur. Recte! nam Sophoclis ex Electra 1058—1062. qui sequuntur versus esse iam Toupius indicavit. Ceterum ex illius Scholiaste Lexicographus doctrinam suam videtur hausisse; ille enim iisdem ferme verbis: *Τὸ ἄνωθεν ἢ τόπου ἢ χρόνου ἐστίν.* Gaisfordi ratio ex qua poetae locum excidisse putat, non sine veri est specie, licet ad superiorem glossam mythographi nomen referre alicui in mentem possit venire. Vocabulum *ἄνωθεν* prosariis in fabulis non raro occurrit, ut vix huius fragmenti certam sedem liceat indicare; veluti fab. IV. Fur. *Ἀναδραμοῦσα τοίνυν ἐγὼ διὰ τοῦ σοῦ νώτου καὶ ἀρθεῖσα ἄνωθεν εὐθέως παραχρῆμα καὶ σὲ ἀνελκύσω ἔξω.*

## Fragmentum IV.

### Ἄρκος καὶ Ἄνθρωπος.

Suidas p. 574, C. Gaisf. versum posuit choliambicum:

Ἄρκος φιλεῖν ἄνθρωπον ἐκτόπως ηὔχει.

Idem versus recurrit s. v. Ἐκτόπως· μεγαλῶς, ἀπρεπῶς, παρηλλαγμένως, ἀφορήτως. Utroque loco verba subsequuntur: Εἶθ' ὕστερον ἐρασθεῖσα αὐτοῦ ἐν παραβύστῳ, quibus superiore loco ascripta est explicatio: ἀντὶ τοῦ ἐν ἀποκρύφῳ, ἐν μυστηρίῳ. Lapsus est Küsterus, qui superiore loco verba ista pro luxato habuit choliambo; idem tamen s. v. Ἐκτόπως recte verba ad Procopii Histor. Arc. c. I, p. 3. rettulit, apud quem haec extant: Ἀντωνίνα τὸν Θεοδόσιον, ἅτε παῖδα ἄντα ἱερῷ λόγῳ, ἠγάπα τε ὡς τὸ εἰκός, κἂν τοῖς μάλιστα ἐπιμελομένη ὑφ' αὐτὴν εἶχεν, εἶθ' ὕστερον αὐτοῦ ἐρασθεῖσα ἐκτόπως ἐν τῷ διάπλῳ τούτῳ καὶ κατακορὴς γεγονυῖα τῷ πάθει, ἀπεσείσατο μὲν θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων δεός τε καὶ αἰδῶ σύμπασαν. Ἐμίγνυτο δὲ αὐτῷ τὰ μὲν πρῶτα ἐν παραβύστῳ· τελευτῶσα δὲ καὶ οἰκετῶν καὶ θεραπαινίδων παρόντων. Sed ne haec quidem Bergerum impedierunt, quominus adeo non sine vitiis insulsa satis et falsa in fab. l. II, 9. recoqueret.

Priore loco Leidensi et Oxoniensi glossa deest; sed plane nescio, quam ob causam Gaisfordus eam voluerit esse omissam. Hanc enim Lexicographus eo posuit consilio, ut doceret ἄρκος nominis formam esse iustam atque probabilem. Nam sic et hoc loco omnes et s. v. Ἐκτόπως. Parisinus II. et Bruxellensis cum Editionibus vett. et Codex Bodleianus fragm. VIII. nominis scripturam suppeditant. Quapropter Gaisfordi s. v. Ἐκτόπως scriptura ἄρκτος nobis improbatur. Tradidit quidem Eustathius in Il. τ', 485. p. 1156, 18. ex Anonymo: ἡ δὲ ἄρκτος ὅτι μετὰ τοῦ τ λέγεται δηλοῖ ὁ γράψας οὕτως· ἄρκτον, οὐχὶ ἄρκον. At idem p. 1535, 15: Ὅτι δὲ καὶ οὐ μόνον ἄρκτος τὸ ζῷον λέγεται σὺν τ ἀλλὰ καὶ ἄρκος διὰ μόνου τοῦ κ,

διείληπται καὶ ἀλλαχοῦ. καὶ ὡς τὰ ἀπ' αὐτῆς δίχα τοῦ τ ἐν πολλοῖς εὕρηται δι' εὐφωνίαν. ὅθεν καὶ ἄρκιλοι τὰ τῶν ἄρκτων εἶπον ἄρκων νεογνά, coll. p. 1625, 47: ἄρκτων δὲ σκύμνοι καὶ ἄρκιλοι. Sic apud Suidam Ἄρκειος κεφαλή. Καὶ ἄρκειον κρέας et Ἄρκου παρούσης τὰ ἴχνη ζητεῖς; nam falso in Annott. s. v. Ἐκτόπως Gaisfordus ἄρκτου παρούσης scripsit. Accedit Zenodoti et Anonymi in Lexicis περὶ φωνῶν ζῴων auctoritas apud Valckenarium post Ammon. lib. III, c. 18. p. 228: ἐπὶ ἄρκων καὶ παρδάλεων ὁμάζειν. p. 229: ἄρκος καὶ πάρδαλις ὁμάζει. Hinc ille Ammiani Epig. IX. in Marcum quendem lusus:

Θηρίον εἶ παρὰ γράμμα, καὶ ἄνθρωπος διὰ γράμμα,
ἄξιος εἶ πολλῶν ὧν παρὰ γράμμα γράφῃ.

Fragmentum pertinet ad fabulam XXV. Fur. quae sic pessimis versibus est astringenda:

Ἄρκτος δήποτε μεγάλη ἐκαυχᾶτο,
ὡς φιλάνθρωπός ἐστι πάντων τῶν ζῴων·
φασὶ δὲ τὴν ἄρκτον νεκρὸν μὴ θοινεῖσθαι.
ἡ δὲ ἀλώπηξ ἀκηκουῖα ταῦτα
ἐμειδίασε καὶ πρὸς αὐτὴν ἐλάλει·
εἴθε τοὺς νεκροὺς ἤσθιες καὶ μὴ τοὺς ζῶντας.

Quorum in novissimo versu ne syllabas quidem accurate fabulae Auctor numeravit.

---

## Fragmentum V.

### Λέων καὶ Ἀλώπηξ.

Suidas s. v. Σπήλυγξ· σπήλαιον. Βάβριος·

Κάσω * σπήλυγγος, οἷά τις νούσῳ
κάμνων ἐβέβλητ', οὐκ ἀληθὲς ἀσθμαίνων.

Eadem ferme apud Suidam recurrunt s. v. Ἆσθμα· πνοή. Καὶ ἀσθμάζειν ἀντὶ τοῦ ἀσθμαίνειν· τουτέστι πνευστιᾶν. Βά-

βριος. Iam sequuntur οἷά τις — ἀσθμαίνων. Cum tamen et illo superiore loco et hoc ἀσθμαίνων in Babrii exemplo legatur, ego prope adducor, ut Suidae novissimam glossam sic refingam: Ἆσθμα· πνοή. Καὶ ἀσθμαίνειν. Ἀντὶ τοῦ ἀσθμάζειν, τουτέστι πνευστιᾶν Βάβριος. Babrii vocabulum retinuit auctor Bodleianae fabulae, cuius initium descripsit Tyrwhittus p. CLXXXVIII. Λέων γηράσας κυνηγεῖν οὐκ ἠδύνατο· ἔκειτο δὲ ἐν τῷ σπηλαίῳ προςποιούμενος νοσεῖν καὶ τὴν φωνὴν λεπτύνων καὶ ἀσθμαίνων.

1. Deest versui pes. Κ. εἴσω λέων σπηλ. Küstero placuit. Toupius vero Emend. in Suid. III, 153. refinxit:

*Κοίλης ἔσω σπήλυγγος οἷά τις νούσῳ*
*κάμνων ἐβέβλητ᾽, οὐκ ἀληθὲς ἀσθμαίνων*
*λέων —*

provocans ad Babrii fragmentum apud Suidam s. v. Φριξότριχα·

*Φρίξας δὲ χαίτην ἔκθορε φωλάδος κοίλης.*

κοίλης ἔσω Tyrwhittus probavit, qui λέων recte neglexit. Neque Toupii coniectura neque quod ipsi olim tentavimus:

*Ἔκειτ᾽ ἔσω σπήλυγγος —*

adhuc placet. Vulgata fuit lectio: Κοιώσω. Κοιάσω ex Paris. I. et Leidensi enotavit Gaisfordus; quapropter verissimam arbitramur esse scripturam Κάσω, cum illo apologorum initio nihil sit Nostro usitatius. σπήλυγγος] σπήλυγγες Leid. Erravit Saxo, qui p. 189. hanc scripturam pro Tyrwhitti habuit emendatione:

*Κοίλης λέων σπήλυγγος, οἷά τις νόσῳ.*

Fabulae mentionem iam Plato iniecit Alcib. prior. p. 123, c. 39. Πολλὰς γὰρ ἤδη γενεὰς εἰςέρχεται μὲν αὐτὸς ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων, πολλάκις δὲ καὶ βαρβάρων, ἐξέρχεται δὲ οὐδαμόσε· ἀλλ᾽ ἀτεχνῶς, κατὰ τὸν Αἰσώπου μῦθον, ὃν ἡ ἀλώπηξ πρὸς τὸν λέοντα εἶπε, καὶ τοῦ εἰς Λακεδαίμονα νομίσματος εἰςιόντος μὲν τὰ ἴχνη τὰ ἐκεῖσε τετραμμένα δῆλα, ἐξιόντος δὲ οὐδαμῇ ἄν τις ἴδοι, coll. Schol. Eundem apologum inter Latinos Lucilius narravit in Satiris, teste Nonio Marcello s. vv. Deductum p. 289. et Spectare p. 402.

Reducta tunc voce leo, cur tu ipsa venire
non vis huc?

---

Quid sibi vult, qua re fit, ut introversus et ad te
spectent atque ferant vestigia se omnia prorsus.

Nam notissima est Horatiana fabula Epist. I, 1, 73, sqq.

Olim quod vulpes aegroto cauta leoni
respondit referam: quia me vestigia terrent
omnia te adversum spectantia, nulla retrorsum.

Quem in locum Porphyrio: Luciliana (inquit) haec sunt. At vide Cap. II, p. 28.

Prosario sermone extat apologus apud Neveletum CXXXVII. Fur. XCI. Schneid. S. CXC., quorum nullus prae reliquis dictionis quadam proprietate excellit, Itaque transcripsi huc unam de fabulis, quae „non sunt invenustae et ab homine Graece scientissimo conscriptae, raro a Dositheo interpolatae.“ Sic enim Anonymus apud Dositheum p. 29. Boecking. fabulam narravit: *Λέων λιμῷ ἐκλιπὼν νοσεῖν ἑαυτὸν προσεποιεῖτο, καὶ διὰ ταύτης τῆς πλάνης τὰ λοιπὰ θηρία ἐπισκεπτόμενα εἰσήρχοντο, οὓς ὁ λέων εὐθέως ἐδαπάνα; ἀλώπηξ δὲ ἐξώθεν τοῦ σπηλαίου ἐστάθη καὶ ἠσπάσατο* (Boeck. *εστιασατο* Cod. Voss.) *αὐτόν· ἐπερωτηθεὶς δὲ ὑπ' αὐτοῦ, διὰ τί οὐκ εἰσήρχετο, ἀπεκρίθη· ἐπειδὴ ὁρῶ εἰσερχομένων ἴχνη, ἐξερχομένων δὲ οὔ.*

---

## Fragmentum VI.

### *Γάμοι Ἡλίου.*

Suidas s. v. *Παιάν· εἶδος ᾠδῆς·*

*Ὁ δ' εἶπε κλαύσας φρῦνος, οὐχὶ παιᾶνος*
*τοῦτ' ἐστὶν ἡμῖν, φροντίδος δὲ καὶ λύπης.*

Idem s. v. *Αὐήνας· ξηράνας. — Ἐκ τοῦ αὐαίνω ῥήματος·*

*Εἰ γὰρ μόνος νῦν λιβάδα πᾶσαν αὐαίνει,*
*τί μὴ πάθωμεν τῶν κακῶν, ὅταν γήμας*
*ὅμοιον αὐτῷ παιδίον τι γεννήσῃ.*

---

1. *Εἷς δ' εἶπε* insulsa est Bergeri suspicio; Vaticanae enim fabulae CCCL. scripturam *Εἷς δὲ ἐξ αὐτ.* nisi fallor secutus est, quam ex oratione prosaria Coraes p. 407. versibus illigavit:

*Ἡλίῳ ποτὲ γάμος θέρους ὑπῆρχε·*
*πάντα δὲ τὰ ζῷα ἔχαιρον* [1]) *ἐπὶ τούτῳ.*
*οἱ δὲ βάτραχοι ἠγάλλοντο μεγάλως*
*ἐπὶ τῇ λαμπρᾷ τραπέζῃ τοῦ ἡλίου.*
*εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν, μέγα ἀναστενάξας,*
*ἀνεκέκραγε καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐβόα·*
*ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ* [2]),
*εἰς τί βοᾶτε, μεγάλα κεκραγότες,*
*ὡς ἐπ' ἀγαθῷ τινι προσδοκωμένῳ;*
*εἰ νῦν ἥλιος μονώτατος ὑπάρχων,*
*ὕλην ἅπασαν καὶ τὴν γῆν καταφλέγει,*
*εἰ γήμας παῖδα ἀνθόμοιον ποιήσει,*
*τί πάθωμεν ἡμεῖς καλόν, εἴπετέ μοι.*

*φρύννος* vulgata. *φρύνος* Paris. I. cum Leidensi. *φρῦνος* apud Aristotelem, Suidam et Dracon. Strat. 93, 21,

---

1) *Ἴσ. γρ. Τὰ ζῷ' ἔχαιρον.* Cor. — 2) *Ἐκ τοῦ Εὐαγγελικοῦ ῥητοῦ (Λουκ. κδ', 25), Ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ, ἔπλασε δωδεκασύλλαβον στίχον ὁ ἀνόητος καὶ βραδὺς τῇ καρδίᾳ γραμματικός.* Cor. Praeterea cf. Bentl. de fab. Aesop. c. VIII. — 3) *Ἐγράφετο, μέγα* Cor.

qui de vocis mensura exposuit, nulla scripturae discrepantia invenitur; explicationem vero Lexicographi *ὁ ἀδιάπλαστος βάτραχος* commenticiam esse Tyrwh. p. CXCI. exposuit. Supra fab. III, 6. Babrius *ἡ φρῦνος* dixerat. Alia nominis fuit forma *φρυνέος* cf. Etym. Magn. p. 801, 30: *φρυνέος] δηλονότι φρῦνος· φρυνέος, πλεονασμῷ τοῦ ε· εἶδος βατράχου· παρὰ τὸ ἐμφερὴς εἶναι πρὸς τοὺς ἄλλους· ἢ ἀπὸ τοῦ φέρεσθαι ἀπὸ τῆς λιμνώδους φύσεως ἐπὶ τὸ χερσαῖον.* — *παιᾶνος.* Hunc genitivi usum explicuit Babrio usus Bernhardyus Synt. p. 166. — *δὲ καὶ] καὶ* cum Paris. I. om. Brux.

3. *λιβάδα· σταγόνα, κρήνην, ἔνυδρον τόπον.* Suidas.

5. *παιδίον τι* recte Paris. I. Leid. Oxon. et Harleianus apud Tyrwhittum p. CLXIII. qui prosario sermone Graeco conscriptam fabulam primus ex Cod. Bodleiano eddidit: *Γάμοι τοῦ Ἡλίου θέρους ἐγίνοντο· πάντα δὲ τὰ ζῷα ἔχαιρον ἐπὶ τούτῳ· ἠγάλλοντο δὲ καὶ βάτραχοι· εἷς δὲ τούτων εἶπεν· ὦ μῶροι, εἰς τί ἀγάλλεσθε; εἰ γὰρ μόνος ὢν ὁ Ἥλιος πᾶσαν ὕλην ἀποξηραίνει, εἰ γήμας ὅμοιον αὐτῷ παῖδα γεννήσῃ, τί οὐ πάθωμεν κακόν;* — Nam Gabrias „ne umbram quidem auctoris qui nobis hic conservavit“:

*Γάμοις ἔχαιρον βάτραχοι τοῖς ἡλίου.*
*καί τις πρὸς αὐτοὺς εἶπεν· ὦ δειλὸν γένος·*
*εἰ γὰρ μόνου τρέμοιμεν αὐγὰς ἡλίου,*
*τίς, εἴγε τεκνώσειε, τοῦτον βαστάσει;*

Omnino Babrii apologum pervertit Auctor fab. Aesop. X. apud Nilantum.

## Fragmentum VII.

*Λέων νοσῶν, Ἀλώπηξ καὶ Ἔλαφος.*

---

Suidas s. v. *Ἀχαίνη· ἡ ἔλαφος.* — *Καὶ Βάβριος·*

*Τοιαῦτα κωτίλλουσα τὴν ἀχαίνην*
*ἔπεισεν ἐλθεῖν δὶς τὸν αὐτὸν εἰς ᾅδην.*

Idem s. v. *Πανθοίνην· πανδαισίαν.* *Βάβριος·*

*Λέων μὲν αὐτὸς εἶχε δαῖτα πανθοίνην,*
*ἔγκατα λαφύσσων, μυελὸν ὀστέων πίνων,*
*καὶ σπλάγχνα δάπτων.*

Et s. v. *Νεβρείην καρδίην.* *Βάβριος·*

*Πεινῶσα κερδὼ καρδίην δὲ νεβρείην.*

coll. v. *Νεβρός.* — *Καὶ Νεβρεία καρδία.* *Βάβριος*, ubi repetito illo priore versu alter accedit:

*λάπτει πεσοῦσαν, ἁρπάσασα λαθραίως.*

---

1. 2. Primus et alter versus poetae nomine ascripto recurrunt apud Suidam s. v. *Κωτίλλω· πανουργεύομαι, λαλῶ.* Vocabuli notionem exposuit Valck. in Adon. p. 379, A. Ante Kuesterum omnium Codicum perversam scripturam *κωτίλλουσαν* Portus correxit. Fabulae prosariae auctorem *κωτίλλουσα* legisse indicat paraphrasis: *οὕτως ἀπατήσασα τὴν δειλαίαν ἔπεισε δεύτερον ἐλθεῖν.* Paenultimam vocabuli *ἀχαίνη* Noster produxit; Apollonius Rhodius l. IV. 175, sq. in *ἀχαιινέη* ι corripuit:

*Ὅσση δὲ ῥινὸς βοὸς ἤνιος, ἢ ἐλάφοιο*
*γίγνεται, ἥν τ' ἀγρῶσται ἀχαιινέην καλέουσι.*

Ubi Scholiastes: *Ἀχαία ἐστὶ τῆς Κρήτης πόλις, ἐν ᾗ γίνονται ἀχαιινέαι. λεγόμεναι ἔλαφοι, αἳ καὶ σπαθιναῖαι καλοῦνται*, coll. Eustath. p. 711, 34: *Ἕτερος δέ τις γράφει οὕτω· ἐλάφων τὰ μὲν νέα νεβροί, αἱ δὲ ἀρτίως ἐκ νεβρῶν ἐπ' ἐλάφους μεταβάλλουσαι καλοῦνται κεμάδες, τὰ δὲ τέλεια οὐκ ἄλλο τι ἢ ἔλαφοι. εἰ μὴ ἄρα, φησίν, οἱ ἀχαιῖναι καὶ οἱ σπαθίναι λεγόμενοι ἡλικίᾳ τινὶ διαφέρουσιν ἢ εἴδει καὶ κεράτων ἰδιότητι καὶ μεγέθει.* — *Εἰς δὲ τοὺς ῥηθέντας ἀχαι-*

ἵνας ἐνθυμητέον τὴν παρ' ἑτέρῳ ποιητῇ ἀχαιινέην ἔλαφον, περὶ ἣν πολλὰ πονοῦνται οἱ ἐξηγηταί. Reliqua vide apud Schneid. in Arist. Hist. An. IX, 6, 3. coll. II, 9, 5. Significat igitur ἀχαιίνη cervum aetatis quodam flore eximiaque cornuum magnitudine excellentem, iisque est annumerandum vocabulis, quibus Noster ad significanda animalia vel ex interiore qualitate vel exteriore callidissime usus est. 2. ἔπεισεν] ἔπεισιν Paris. II. Brux. 3. „Δαῖτα πανθοίνην, unde Lexicographi substantivum nequam et vitiosam, πανθοίνη, exsculpserunt, Suidas e Babria citat, πάνθοινίαν vulgo dici notans." Lob. in Phryn. p. 499. Novissima in Suidae verbis: λέγεται καὶ πανθοινία. Βούλομαι ἑστιάσαι σε πανθοινίαν. (πανδαισίαν θοινίαν Leidensis et Oxon.) non licet deprehendere. Reperitur vocabulum πανθοινία apud Polluc. VI, 163. eiusque pluralis I, 34. Iisdem locis πανδαισία quo Suidas Babrii vocabulum interpretatus est, extat. Ionibus non ignotum fuisse testis est Herodotus V, 20: οἴκατε πανδαισίῃ τελέῃ εἱστιῆσθαι. Atticorum in comoedia saepe inveniri tradidit Harpocratio s. v. Πανδαισία. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Μέδοντα. ἔστι μὲν τοὔνομα πολλάκις καὶ ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ. Sic Aristoph. Pac. 557.

— ὥςπερ μᾶζα καὶ πανδαισία.

